

Godscalcus
fidelissim⁹.

Conradus
Imperator.

Suecię & An-
glię reges fi-
lij Danorū
regis.

Expe- sio in
Wandalos.

Octo princi-
pis filij i bel-
locadūt.

Pax firmat⁹.

Godscalc⁹ hę
reditatē recu-
perat.

cus, quod diximus, patrē quoq; suum uindicās ista peregit, quę cōmemo-
rāuimus, magnis inde rebus gerendis, Kanut⁹ rex Godscalcū semper ad-
hibuit. Erat ille inter regij corporis custodes, uir semper habitus fidelissi-
mus. Post multa autem reuersus in patriam, quātū prius in euertenda, tā-
tum tūc in reducēda Christi religione impiger laborauit: nec quieuit, do-
nec omnē, qui per illū defecisse uidebat, populū, cum multis alijs ad diui-
nę religionis iura reduceret. Et prosperatū est opus in manu ei⁹. Erat tum
(ut dixim⁹) in Romano Imperio Cōradus Suet⁹, qui Henrico filio uxo-
rem accepit memorati Kanuti filiam, potentissimi Danorū regis: qui etiā
cum Imperatore Conrado ad percipiēdā Romę coronā profectus est per
Italiam: memoriā renouās patrum suorū, Gothorū diu ibi regnātium. In-
de uero regressus Kanut⁹ filijs suis regna uiu⁹ dimisit. Sed Suecię & An-
glię regibus filijs, pater superstes, solū reliquit Knutonē, sui sanguinis he-
redem. Is Norwagiam inuadēs, pactus est cum magno diui Olauī regis
filio: ut qui ex duob⁹ alteri fieret superstes, alteri⁹ regnū suo cōiungeret,
& teneret utrunq;: Eaę pacta iuramēto regum & procerū, sunt firmata:
Cunq; Knuto Danię rex prior decessisset, Magn⁹ ex fcedere iurato, Da-
niā possedit, proceribus regni, iusurādum preferētib⁹ sanguini. Iam Ma-
gnus duobus regnis insignis, mouit expeditionē in Wandalos, itinere ter-
restris: Ex Iutiā ducens per Holsatiā in Wādaliā. Occurrit illi magno ag-
mine princeps Winulorū, Ratibor, & manu cōserta cum Danis, cadit in
acie ductor. Filij autē eius, quos ille octo reliquerat, omnes ad arma uali-
dos, bella cum Danis renouāt, & ipsi omnes ad interneconē cędunt. Wi-
nuli tñ obseruātes tēpora, quib⁹ Magnus rex alijs implicitus bellis, eis oc-
currere non posset magno agmine uastantes Iutiā, usq; Ripam opidum
tum florens perueuerūt, sed rex preoccupatis illis, apud Sleswicū demora-
tur egressuros: ibiq; prelio excipiēs redeūtes, multa ex his millia strauit.
Pax inde firmatur utrinq;, Godscalcus, & si iam in Wandalia ageret, ta-
men quia in principatu non agebat, permisit rem suo Marte decurrere: nec
sue uicis esse dicebat, se rebus ad se non spectātibus, cum magna partium
multitudine immiscere. Igitur ad omnia quietus exitum demorabat.

FINIT LIBER. II.

INCIPIIT LIBER III.

Godscalcus interea reuersus in Wandaliā, cum inuenis-
set hereditatē suam ab alijs inuasam, dimicare cōstituit,
& comitatē uictoria possessiones cum principatu ex in-
tegro recepit. Statimq; ad cōquirēdum sibi apud De-
um magni meriti locum intendens animū: Wandalorū
populos, quos Christianitatis ab olim cœpit obliuio ad
recuperandā fidei gratiā, & ad recipiendā religionē, quā
abięcerāt, excitare cōtendit. Infinita autē gentiliū multitudo, per instanti-

am eius ad baptismi gratiā peruenit, & reedificatę sunt per uniuersam Wa-
griorę, puinciā ecclesię, necnon Polaborę, Obotritorę, quondā dirutę edes
sacrę. Iamq; missum est in omnes prouincias, pro sacerdotibꝰ ac ministris
uerbi qui rudes gentilium mentes fidei doctrina erudirent. Gratulaban-
tur ubiq; fideles, de nouelle plātationis incremēto: factūq; est ut puincie
replerent sacerdotibꝰ & ecclesijs. Sed & Kiffini & Circipani & quęcūq;
gentes citra Panim habitāt, recōperūt uerbū dei. Est aut Panis fluuius,
in cuius ripa sita est Demy n urbs earum partiū olim nominatissima: Illuc
enim quōdā protendebat limes Aldenburgēsis ecclesię. Igit omnes Wā-
dalorę populi, qui ad Aldenburgēsem pertinebant curam, toto tempore
Godscalci Christi fidē deuota mente sunt amplexati. Sane memorabilis
ille princeps tanto diuinę religionis amplificadę studio exarsit: ut sermo-
nem exhortationis frequēter ad populū in ecclesia ipse faceret: Ea scilicet
quę ab episcopis & presbyteris mystice dicebātur: Cupiens Wandalicis
uerbis reddere planiora explicauit. In hac omni puincia, nemo unq; prin-
ceps surrexit potētior, & tam focūdus Christianę religionis exequutor.
Etenim si uita illi longior extitisset, omnes paganos congenitales suos, ad
Christianismū ptrahere meditabat: cum fere tertiā partē reduxerit eorū,
qui sub auo eius Mistiwoi relapsi sunt in paganismum. Tunc quoq; per
singulas urbes, cœnobias aut instaurabant diruta, aut de nouo a fundamē-
tis erigebātur: Sanctorū uiroꝝ canonicę uiuentiū, item monachorę, atq;
sanctimonialiū congregationes instruebantur. In Lubica, Aldenburgo,
Racisburgo, Leōtio (nūc Lentz uocāt) & alijs ciuitatibus. In Magnopo-
li uero, quę fuit in dylta Obotritorę ciuitas, tres fuisse cōgregationes Deo
seruientium referūtur.

CĀ. II.

Er quę tempora factus est magnus motus in orientali Wanda-
lia populorę, inter se ciuili bello dimicantium. Quatuor aut sunt
populi eorę, qui Luttici, siue Wilsii dicūtur: quorū Kiffinos atq;
Circipanos, citra Panim: Riaduros, siue Tolēzos, ultra Panim habitasse
constat (Riaduri qui & Retherj a metropoli Rethre denominati) Inter
hos quatuor populos cœpit emulatio grauis cōsurgere, de prioratu digni-
tatis. Siquidē Riaduri, siue Tolenzi, propter antiquissimū illud templū, &
phanū, cū celeberrima urbe, in qua simulachrū Radigast, omni gēti cul-
tissimū erat, ceteris imperare uolebat: ascribētes sibi nobilitatis hoc stem-
ma: q; ab omni natione ibi peterent respōsa, & annua sacrificiorę pēsiōes
ceteri debebant. Porro Circipani atq; Kiffini seruire detrectabant: immo
libertatē suā armis tueri statuerūt. Crescente ergo paulatim indignatione
in alterutrū, res in apertum bellum peruenit: p̄liorę cōmisso, Riaduri &
Tolenzi uicti fugantur. Igitur secūdo ac tertio inter partes p̄lio instau-
rato: eadem uictos fortuna cōsequitur: ut fusi fugatq; cederēt hostibus.
Multa sunt hominū millia, hinc, atq; inde prostrata. Circipani tamē atq;
Kiffini, quibus bellū necessitas indixit, uictores. Riaduri & Tolenzi qui
pro gloria certabant, deiectionis suę pudore uehemēter afflicti: accersie-
runt in auxilium fortissimum regem Danorū Zuenonem. Huic accipio

g ij

Novella plā-
tatio fidei
crescit.

Godscalcus
mēorabilis
princeps.

Instaurantur
cœnobias.

Motꝰ belli in
Wandalia.

Cōtendit de
prioritate.

Multa millia
perierunt.

zueno rex.

Circipani &
Kissini uicti

Saxonum
auaricia.

Partireccle
sia cathedra
lis in tres epi
scopatus.

Patriarchalis
honor.

Exules epi
ad caput co
fugiunt.

Pacis tēpora

Hēric^o. III.
puer patri
succedit.

magni Kanuti ex germana sorore nepotē, & ducē Saxonū Bernardū, & Godscalcū principē Obotritorū, singulos cum exercitibus suis: aluerūtq; tantā militię multitudinē, magnis impēdijs per mēsem ac dimidiū: inualu itq; praeliū aduersus Circipanos atq; Kissinos: nec satis illis erat uiriū ad resistēdū. Superatis armorū & agminū multitudine: celsaq; est ex eis non parua man^o: plures abducti captiui. Ad extremū, quindecim millib^o marcarum pacē sunt mercati: principes inter se pecuniā partiunt. De Christianismo nulla tum fuit mētio: ut Christiani principes, ne Deo quidē qui cōtulit uictoriā, darēt honorē. Sed preponderauit, in Saxonū presertim gēte, auaricia: qui cum inter gentes ceteras barbaris cōtiguas prepolleāt armis, & usu militię, semper prouiores sunt tributis augendis, q̄ animabus Deo querēdis. Dec^o enim Christianismi, sacerdotū instātia iam dudū in Wādalia cōualuisset, nisi prepediuisset Saxonū auaricia. CA. III.

A igitur tēpestate, qua misericordia Dei, & uirtute religiosissimi principis Godscalci, stat^o ecclesie, & sacerdotij cultus, in Wādalia decenter uiguit: defuncto Abelino Aldēburgēsi pōtifice, ea ecclesia diuisa est in tres episcopatus: quod quidē Imperiali minime factum ferūt ordinatione: sed magni Adelberti Hamburgēsis archiepiscopi adinuētione: qd in Metropoli diximus. Ille enim uir magnific^o ac prepotēs in omni regno, cum fortissimū Hēricū Cēsare Conradi filiū, necnō tum Sūmū pōtificē Leonē haberet propicios, atq; uolūtati suę per omnia cōsentaneos: in omnibus borealibus regnis, Danię, Suecię, Norwagię, functus autoritate episcopali, & legationis apostolicę ministerio, ex predecessorū priuilegio: Nec his cōtentus, patriarchalē honorē assequi cōtēdit: eo scilicet ordine, ut intra terminos suę parrochię, duodecim consistarent episcopatus: de quibus in eadē Metropoli. Que illius animosā cōstitutio, sapiētibus pro deliramēto est habita. Cōfluebāt tñ in curiā ei^o multi sacerdotes, & religiosi: pleriq; etiā episcopi, qui sedib^o suis exturbati, mēte eius erāt participes: quorū sarcina ipse alleuari percupiēs, trāsmisit eos in latitudinē gentiū: quosdā locās certis sedibus, quosdā immisit nationib^o, ad sedes incertas: E quibus Ezonē, surrogatū Abelino in Aldēburgēsi: Aristonē quendā ab Hierosolymis uenientē, in Racis burgo esse constituit: Iohānē in Magnopoli destinauit. Iste Iohānes, peregrinationis amore Scotiā egressus, uenit in Saxoniam: & clemēter, ut omnes, acceptus ab archiepiscopo: non multo post in Wandaliā missus est, ad principem Godscalcum: apud quem cōmoratus illis diebus, multa paganorū millia scribitur baptisasse. Pax tum certa & firma fuit in omni regno, quia fortissim^o Cēsar Henricus. III. Conradi filius, Vngaros, Bohēmos, Wādalos, & omnia finitima regna, potēti manu coercuit. Cuius tēporib^o, restitutā ad integrū Brandēburgensem Marchiā crediderim, qua in re & ipse Conradus plurimū laborauit. Quo. III. Hērico trāsato ad meliora, fili^o ei^o Hēricus. III. successit in scepra, puer annorū octo: statimq; ebullierūt pturbationes in regno: eo qd principes, cōtētionis amātiōres q̄ pacis, cōtemnerēt gētatē regis. Surrexit ergo unusquisq; aduersus proximū suū, & multipli-

cata sunt mala in terris: depredationes, incendia, clades mortalium. Verba sunt annalium.

CA. III.

Accessit perturbationi rerū in omni regno etiā mors Bernardi ducis Saxonie: quę Wandalos respicere fecit ad libertatem, quę graui iugo tributorū onerati, uita chariorē duxere patriā libertatē.

Bernardus dux obiit.

Quadraginta annis prefuīt dux iste rebus strenue: sed in uirgā ferrea direxit gen^o Wādalicū: arbitrās hoc genus hominū dure ceruicis, nisi in manu forti nō posse sub iugo cōtineri. Bernardo autē duci in ditione successere filij Ordulphus & Hermānus, inter se partiti ditionē: ut maior Ordulphus ducatui, Hermān^o uero comitatui preesset. Ordulph^o quidē militiæ usu satis ad arma strenuus, sed patri nequaquā similis. Vix quinque trāsierūt a morte patris anni: Iam Wādali freti tēporē oportunitate, quę rex puer nō formidaret, duci suo rebellionē ostēderunt: principiū autē malorū a capite ordiunt. Nam religiosum principē sui generis Godscalcū, dum cōuersioni, & saluti gentis, cum episcopo Iohāne uigilātissim^o instaret, Wādalarum primores, inita cōspiratione in ciuitate Leontio (Lentze uocant) crudelissime trucidarūt: uirū omni æuo memorabilē, propter fidem Deo & principib^o seruatā. Sic enim cōcoeperāt, liberi^o se duci rebellare, si domi nō esset, qui urgeret a tergo. Ergo a cōgentilib^o suis, quos ad salutē inuitauerat uir fidelissimus, opprimūt. Passus est autē alter ille Machabeus, in loco memorato, in ripa fluminis Albeę. VII. Idus Iunij, cum presbytero Ippone, qui super altare fertur immolat^o, cum alijs multis, tam clericis, quā laicis: qui diuersis pro Christo supplicijs intērepti, trāsierunt ad regna melioris mundi. Ansuerus monachus, & cum eo alij multi, in Racisburgo lapidati sunt, Idibus Iulij. Fertur idem Ansuerus, cum ad passionē uenisset, esflagitasse persecutores, ut prius socij, quibus timebat, lapidarent: quib^o coronatis, ipse gaudens, cum Stephano suscepit lapides: genti quę posuit, & orabat. Iohānes episcopus senex, cum ceteris Christianis, in Magnopoli captus, seruabat ad triumphū. Ille igitur pro cōfessione Christi, fustibus cesus: deinde per singulas Wādalorū ciuitates tract^o est ad ludibriū: cum a Christi cōfessione flecti nō posset, truncatis manibus & pedibus, corpus eius in plateā est proiectū: caput uero defectū, barbari conto infigētes, in titulū uictorię, deo suo Radigast immolauerūt. Hęc in metropoli Rethre gesta sunt. III. Idus Nouemb. Eam nunc interpretor ciuitatē Starigard, ultra Panim: Appellatiuum est enim Starigard, & insinuat magnam, nobilem, & antiquam, ciuitatem.

Ordulph^o filij succedit.

Wādali rebel- lar duci suo

Cōspiratio:

Martyrisat pbr.

Eps martyr- fatur.

Radigast idolum.

Regina habet ludibria

Bellū ortū

Filia regis Danorū, relicta Godscalci principis apud Magnopolim, ciuitatē Obotritorū, ludibrio habita est: Nam rebus omnibus expoliata, uestibus etiam detractis, nuda est dimissa, cum aliquāntis Christianis mulieribus. Hęc enim, ut predixim^o, Godscalcus regi Kanuto militās in Dania, meruit uxorē: ex qua filiū ille suscepit Henricū, uirū a nobis precipua cura memorādū: nā maior ei^o filij^o Buthue, ex priore nat^o est illi matrimonio: magno uterq; Wādalis exitio genit^o: sed maiori, Hēricus. Exarsit inde grauissimū bellū, cum filij immeritā patris ne-

Wandali in
Saxoniā.

Sleswigum
euerſum.

Wādali ad
paganismū
relapſi.

Vacatio Ion
ga eccleſiæ.

Wādali deſe
rūt uerū eo
rum dñm.

Bardi ſunt
Saxones.

Saxones reſ
ſtituūt exulē

Obſtinacia
Wandalorū.

cem iuſtis doloribus uindicare. Wādali exeūtes, turmatim omnē Ham
burgēſem prouinciā, ferro & igne ſunt demoliti. Sturmarij & Holſati fe
re omnes, aut occiſi, aut in captiuitatē ducti. Arx ea, quā Bernard⁹ dux in
Hāburgo ad lacum Alſtrię cōmunierat, fundit⁹ exciſa eſt: & in deriſionē
Saluatoris, etiā cruces, a paganis ſunt truncatę. Quo etiā tempore, ciuitas
Sleſwig, quę a Danis Heydebu dicitur, ſita in cōfinio regni Danici, opu
lentiffima, & populoliſſima: per eam tēpeſtatē, ex improuiſo Wādaloꝝ
incurſu, funditus eſt euerſa. Huius autē cladis auctor Pluſſo quidā ex pri
moribus fuiſſe dicitur: qui ſororem Godſcalci, teneret cōiugem: domūq;
reuerſus, & ipſe eſt obrūtatus. Omnes igitur Wādali, facta generali cō
ſpiratione, ad paganismū, denuo ſunt relapſi: occiſis omnibus, qui perſi
tiſſent in fide. Dux Ordulphus inuanū, ſepe cōtra Wādalos dimicās, per
annos duodecim, quibus patri ſuperſtes, rebus preerat: nullam unq; potu
it ex illis conſequi uictoriam, totieſq; uictus a Wādalis, etiā a ſuis eſt de
riſus. Accidit autē perturbatio, iſta generalis in, puincia: anno Chriſti mil
leſimoſexageſimoſexto: anno regni Henrici quarti, octauo: cum Hambur
genſi eccleſię preeſſet, Adelbert⁹ uir in omni regno primari⁹. Ex hoc autē
die uacauit Aldenburgēſis ſedes annis octuagintaquatuor. VI.

Godſcalco Chriſtianiffimo principe, iam reb⁹ humanis exempto,
g ad filium eius, natu maiorem Buthue, legitima ſucceſſione, perue
nit principatus. Timētes autē hi, qui patrem eius interfeceꝝ: ne
forte ultor paterne necis, ſequeret in eos, cōcitauerūt tumultū in populo, di
cētes: Non hic dominabitur noſtri, ſed Crito fili⁹ Grimi: quid enim pro
derit nobis, occiſo Godſcalco, libertatē armis recuperaffe: ſi iſte extiterit
heres principat⁹, iam enim iſte plus nos affliget, q̄ pater exaſperat⁹ in nos
illius cæde: iunctuſq; Saxonibus, nouā inferet terre calamitatē. Statimq;
erexerūt Critonis principatū: excluſis filijs Godſcalci, quib⁹ omni legiti
mo iure debebat: Quorū iunior Hēricus nomine, profugit ad Danos: q̄
maternā inde ſtirpē duceret: ac ſenior Buthue declinauit ad Bardos: Sic
enim eſt in annalib⁹, quorū uerba libuit ex fide ponere. Saxones autē uult
dicere, quib⁹ hoc nomē indidit, propter inſigne opidū Bardewyck: quod
illa tēpeſtate, uidebat in gente Saxonū eminere. Apud nullū tñ ceteroꝝ
lego Bardorum nomē: niſi q̄ Latini Bardos uocāt pro inſcitia barbaros
Crediderim Bardoni nomē fuiſſe uiro, qui primus id opidum fundauit,
a quo nomē remāſerit. Senior autē filioꝝ Buthue, declinauit ad Saxones,
querēs auxiliū ab eorū principib⁹: quibus pater eius ſemper deuotus fide
liſq; fuit: qui etiam rependētes fidei illius gratiā, ſuſceperūt pro eo preli
um, multoq; labore reſtituere pene illum in principatū paternū. Stat⁹ ta
men eius ſemper fluctuabat, nec ad plenū potuit reparari: eo q̄ Chriſtia
no parēte natus, & amicus Saxonū, apud gētem ſuā, uelut proditor liber
tatis haberetur. Poſt eam cladem, qua primū oppreſſo Godſcalco Nor
dalbingiā uāſtata eſt, Wādali ſeruitutis iugum armata manu ſubmoue
runt. Tantaq; animi obſtinacia, libertatem defendere ſunt anniſi, ut mori
mallent q̄ recipere Chriſtianismū, aut tributa pendere Saxonū principi

bus. Hec enim coherere arbitrabatur: ut alterum sine altero non esset. Ibi fuit causa & radix odiorum. Tatum enim ingraua sunt tributa, ut exinde pertinax Christianismi odium nasceretur. Hanc sane contumeliam, sibi met parturiiuit, infelix Saxonum auaricia: qui cum adhuc uirum suarum essent copotes, & crebris attollerentur uictorijs, non recognouerunt quia Domini est prelium, & ab ipso uictoria: quin potius Wandalorum gentes, quas prelijs aut pacti onibus subegerant, tantis uectigalium pensionibus uexauerunt: ut diuinis legibus, & diuine seruituti refragari amara necessitate cogerent. VII.

Causa odiorum in Christiani animum exarsit.

Vit hanc noxam Ordulphus Saxonum, dux: qui derelictus a Deo

Ordulphus dux Saxonum

I quidiam patri superuixit, nulla in Wandalos uictoria est potius. Unde etiam contigit: ut filij Godscalci, qui spem suam in ducem posuerunt,

Magnus filius Ordulphi

super baculum arundineum, atque confractum, inniti uidebantur. Ordulpho autem post annos duodecim facto de medio, successit in principatum filius eius Magnus, natus filia Danorum regis: Statimque in ipso sui principatus exordio ad subneruandos Wandalorum rebelles, animum & uires intedit: exacuate eum ad id filio Godscalci Buthue. At illi unanimiter refragari ceperunt, sequuti Critonem filium Grimi: qui capitale odium in nomen Christianum pre se ferebat: & primo quidem cum se Magnus dux Ordulphi filius, patre iam quiescente commoueret, Wandali Buthue principatu expulerunt: diripiētes presidia in que refugiebat. Eiectus confugit ad ducem Magnum, qui tum forte Luneburgi agebat in arce quam Hermannus abauus eius communierat: Alloquitur

Criton tyrannus Wandalorum

his uerbis ducem: Nosti dux inclite, qua fide, quaque integritate, pares meus tibi tuisque sit semper obsequutus, nihil pretermittens eorum, que ad cultum Dei, & fide principum pertinerent: ego quoque paternam imitans modestiam, omni fide & deuotione mandatis principum obsecundavi, infinitis me obijciens periculis, ut mihi uel uacuum honoris nomen, uobis uero fructus proueniret: qualis autem merces, & me, & patrem meum exceperit, neminem latet: cum illum quidem uita, me patria exuerint hostes nostri, ditione. Si igitur honorem tuum, tuorumque salutem tueri duxeris in animum, uiribus & armis est utendum: denique fortuna nostra in extremo sita est. Qua de re maturandum, ne hostes progressi, etiam Nordalbingorum prouincia, quod solent, abutant. Cui dux: non possum, inquit, hac uice ipse in arma uenire: quod detinear, ut nosse

Oratio Buthue principis Wandalorum

potes, magnis impedimentis: Sed dabo tibi Bardos, Sturmarios, Holsatos, atque Thietmarfos: quorum auxilio fretus, hostium impetus ad tempus excipere & reprimere contendas: Ego, quod primum his nexibus expeditus uidebor, adero maioribus supplementis. Porro constituta illi dies nuptiarum, in presens ducem detinebat. Assumptis ergo Buthue fortissimis Bardorum, transijt Albim, & peruenit in terram Wagriorum. Nuncios quoque ducis percurrentes omnem Nordalbingorum prouinciam urgebant ad arma populum, ad prestanda Buthue auxilia: nam hostes perurgebant. At ille preibat, sexcentis stipatus: ueniensque ad Plunense presidium, portas opidi preter spem apertas: & uiris uacuum reperit. Quam cum introisset, mulier Teutonica, que forte obuia fuit, ingrediēti loquuta est illi: Predare, inquit, si uoles, & onustus abi celerius: hostes enim in insidijs sunt: si moram feceris, circumfundi urbem, & despe

Responsio ducis

Plunense presidium

g iij

rabiliter te cernes obsideri. qui euius pendēs mulierculę uerba, nocte illa permāsit in presidio. Est uero opidum, ut hodie cerni potest, lacu profundissimo undiq; cinctū; & cōmeātib⁹, aditū pōs prebet altissim⁹. VIII.

Vallat opidum.

Rta luce postera, infinita manus hostiū uallauit opidum. Prouisum aut ab hostib⁹ erat, ne ulla usq; superesset nauicula, quę spem daret obsessis ad abitū. Buthue igitur obsidionē cum socijs, magna rerū penuria tolerabat.

Mittitur explorator.

Audito aut sinistro hoc nūcio, Sturmariorū, Holfatorū, Thietmarsorūq; collecta manus, accelerabat, ut obsessis ferret opem. Cūq; turmatim peruenissent ad riuū Zuale, distinantē Wādalos a Saxonibus, premiserūt uirū Saxonē, gnarū Wandalicę linguę, qui exploraret, quid apud hostes ageret. Missus ille peruenit ad obsidentes, qui pro multitudīne cooperuerāt faciē campi, preparātes uarias oppugnationi machinas: a quibus intercipitur nūcius, ubi se incaute prodidit: ductus ad Critonē, tentatur, si accepto premio prodat illi secreta suorū.

Exploratoris perfidia.

Ille & uite suę timēs, & procmio inuitatus, aperuit duçē non adesse: ceterum agmina quę tenerēt auxiliorū, facile se auersurū, si modo promissis suis fides iungant. Illi pollicētur q̄certissima fore premia, cōstituto loco, quo prodicionis mercedē accipiat. Reuersus ille ad suos, falso renūciat, Buthue esse extra omne periculū; nullos se in obsidione reperisse: uanū esse rumorē asserit, qui illos exciuerit: proinde reuertātur in sua quisq; si sapiant.

Alia narratio de proditorē.

Illi facile accipiūt laboris remissionē, in sua reuersi. Buthue in afflictione, & periculo remāsit. Ita unius perfidi hominis dolo ac prodicione, tāt⁹ est prodit⁹ fortiū uirorū cuneus. Pōtētū execrabile, in ultimas terras exportandū. Reperi & aliā narrationē, eiusdē tñ exitus: sed, quā dixi, ueri longe similior est. Adiciūt hunc proditorē a Wādalis persuasum, transisse pontem, & obsessis uerba fecisse. Cōsule, inquit, o Buthue salutē tuę, uirorūq; qui tecū sunt, quia Saxones, in quibus tū habebas fiduciā, nō ueniēt: hac uice succurre tibi. Tunc ille cōsternat⁹ animo, fertur exclamasse: Heu me infelicē ab amicis desertū: Siccine Saxones supplicē sui, & auxilia implorātem, in tribulatione destituūt. Male delusus sum, qui Saxonibus bona semper innisus fiducia, nunc in extrema necessitate pessundor. Ad quē ille: Venit, inquit, dissensio in populū, & tumultuātes inter se, reuersi sunt in sua quisq; alio ergo cōsilio tibi est utendū. Confusis taliter rebus, nūcius ille proditor, ad suos relabatur. Vbi ille abierat, Buthue cōuersus ad suos, deditionis cōsiliū inierat: tum uersus in obsidentes, paciscit: si deditionem fecerint, quid sperent? quibus illi: Nos, inquit, aurū & argētum a uobis nō expetim⁹, uitā tñ incolumē & mēbroz integritatē pollicemur: armis traditis, ut inermes abeatis. Durus hic sermo est, ait Buthue, in suos cōuersus: sed quia fames expugnat, etiā hostibus nō fidendū, quid facim⁹?

Tractat⁹ de ditionis.

Quę sit Wādalis fides expt⁹ scio: tuti⁹ erit extrema pati, q̄ illorū nos fidei permittere: quis scit unde fortasse auxiliū, aut spes salutis affulserit? Socij contra, cōditionē, inquit, quę nobis ab hostibus offertur, ambigūā, plenāq; formidinis esse fatemur, nec tñ reijciēdā putamus: cum alia uia nulla sit exundi a periculo: quid enim dilatio proderit, ubi nemo est qui sol-

Inclinatur in deditionem.

uat obsidionē: atrociorē aut mortē fames, q̄ gladius affert: meliusq; cōpē
dio uitā finire ubi moriendū est, q̄ diutius excruciarī.

VIII.

Ernens Buthue sociorū animos obfirmatos ad egrediēdū, cultio
ra sumpsit indumēta: & positis armis, ut cōuenerat, egredit̄ cum
focijs: transferūtq; pontē bini ac bini: arma, quę manibus gesta
rent, ibi tradētes: atq; in hunc modū perducti sunt in cōspectū Critonis.
Erat scēmina in opido, non mediocris inter Wandalos nominis, quę man
dauit per nūciū Critoni, atq; p̄crib⁹ obsidētiū: Perdite, inquit, pessimos,
qui hac nocte uim plurimam intulerūt cōtribulibus uestris, scēminis atq;
puellis: quib⁹ sunt abusi pro libidine. Ea res exasperauit iam crudeles, fa
ctoq; impetu, trucidauerūt facile inermes, armati. Sic perijt Buthue cum
Bardorū fortissimis: inualuitq; Crito, & p̄speratū est opus in manib⁹ ei⁹:
obtinuitq; dominiū in uniuersa terra Obotritorum: & attrite sunt ex illo
die uires Saxonum: & omnis Nordalbingia seruijt homini sub tributo,
Holsati, Stormari, Thetmarsii. Quo tēpore ferunt sexcētas familias terra
egressas, fastidio rerum Wādalicarū: nec ante quieuisse, q̄ attingerēt (quę
uocāt) Hartonē, Hercinię olim syluę terminū. Ego quidem, quia in anna
lib⁹ ista reperio, cum ceteris retexo: sed apud me res fidē tenuē habet, nisi
si familiā dixeris non totam cognationem, sed unam domum: & hoc quidē
dem magnū fuit, tot patres cum uxorib⁹, & paruulis, & mācipijs emigra
re. Solebāt hoc magne nationes, magnis agminib⁹, populariter egredien
tes occupare nouas sedes: quomō Longobardi, & ante eos Gothi, Huni,
Gepidę Alani, nouissime Vngari, & nunc Turci, demū Tartari & Wāda
lorum natio, suis tēporibus fecit in Aphricā. Sed sexcēte familię ad arma
breuis numer⁹: ad pacatā emigrationē, magna multitudo. Quis uero tam
prompte cesserit locum, habitaturis in Turingia, q̄n suis agris quisq; inhi
at. Poterat tam uasta & syluosa uidelicet prouincia, multis in locis, ad cul
tum factis noualibus redigi: ut etiā gauderēt incolę, inuenisse nouos colo
nos, qui augēdis censibus aduenissent.

CA. X.

Aec rerum in Wādalia perturbatio, magna quidem fuit, sed non
erat ea sola. Quippe in omni Romanorū Impio, furēs Bellona se
uiebat. Rex ipse Hēric⁹, III. ubi ex ephebis euasit, omnia tumultu
& ui permisit. Ottonē Bauarū, origine Saxonē, ex genere Ottonum
ducatu exiit. Omnē Saxonīā, propter illum oppugnauit. Quę res lentio
res fecit Saxones ad occurrēdum Wādalīs, quippe ubi maior uis ingru
bat, eo potissimū sunt cōuersi. Pugnā grandem, quam eo tēpore inierant
Saxones cum rege, ad flumē Imstroth: iam Saxonibus quietis ad tempus
interuētū tractātiū de pace: rex aut̄ improuisis illis imminebat, quia in Sa
xonia scripsim⁹, eo remittim⁹ lectorem: cōtenti hoc loco Wandalorū res
peragere. Sed tamen hoc nobis silendum non fuit: quia undiq; erant im
pliciti rebus Saxones, minus poterant edomandæ, & ad iuga reducendæ
Wandalīę intendere. Quocirca pacē malam cōsequuti, in sua durezza per
stiterē, per omnem fere etatem, qua illis Crito princeps preerat. Dum ta
men a terris pacem experiūtur, a mari non omnino quieuerūt. Ericus rex

Foemina
uindex.Trucidatur
inermes cō
tra datā fidēSexcēte fami
lię migrāt.Qui olim
populariter
migrauerūtBellona fu
rens.Saxonia op
pugnatur.Saxonū im
pedimētū.

Rex Danorū
naturalis fili-
us regis.

Harald⁹ rex.

Karolus rex
sanctus.

Olauus rex.

Ericus rex.

Iulinū obsi-
detur.

Crudele ge-
nus mortis.

Dania uastat

Vratisslaus
dux Boh.

Dux Boh.
creatur rex.

Senecta ue-
nerabilis.

Noiari regē
plus oneris
q̄ honoris.

Danię preerat, Zuenonis naturalis filius, qui auūculo Magno Kanuto, post Knutonē eius filiū, & Magnū Norwagię regem successit in Danię regno. Zueno autē, cum multos haberet ex cōcubinis filios: ex legitimo coniugio nullum: eam dedit inter filios moriturus legem: ut a seniore ad proximū trāsiret regnū, sine respectu, si quos procreassent, liberorū. Igitur maior illi natu inter filios successit Haraldus: quo per mortem deficiente Kanut⁹ subrogatur, uir iusticia & sanctitate insignis: In sanctorū etiam numero, post mortem pro uirtute & meritis, quæ miraculis declarabātur, relatus. Hunc excepit Olauus frater alius, cuius tēpora infelicitate quādam insignia fuere, per aeris intemperantiā, durāte fame. Eric⁹ deinde frater alius, regnū excepit, mortuo per dolorē animi Olauo. Hic rex proceritate & robore corporis insignis, bellū intulit suis temporib⁹, Iulino clarissimo Wandalorum opido ad mare, q̄ Danię regno proscriptos foueret, & inde pyriticā in Danos cum proscriptis exerceret. Arta cinxit rex obsidione opidū, adægitq̄ habitatores, dedere profugos, & Dania proscriptos, in quos insigni iussit scuire supplicio, q̄ patriā impugnarint, & quosdam nobiles in mari captos, peremissent. Nam deligatos ad palū nudari iussit, uētre in lōgum nouacula scindi, uiscera profundū, & cor extractū uiuētibus ostēdi. Pacate hoc modo res paucorū supplicio uidebātur. Sed Wanda!i obsidionem suam ulturi, cum rex alijs bellis implicaretur, Daniā uastāt, obuios obtruncāt & hostilia cuncta seuiantes exercent. In quos secundo, ac tertio, rex ducens, ad equas pacis condiciones rem tādem finit peruenire.

CA. XI.

Er ea tēpora, Bohæmis dux preerat Vratisslaus patre nat⁹ Biteslao, & matre Iutta filia Ottonis. II. Prefuit autem post fratres multo tempore, peruenitq̄ ad tēpora Hērici. III. Imperatoris: cui tamē erat cōmendatus: ut de prouectioe honoris eius Imperator cogitaret. Moguntię tum cœtum agebat Imperij: aderant frequētes Imperatori regni principes. Inter alios & Vratisslaus dux Bohæmię, iam Bohæmis Morauis, Polonis, Slesitis, Lusatijsq̄, presidēs. Eam magnitudinem ditionis perpēdens Imperator, simul & uirtutē principis honorās, ad decus etiam Imperij respexit: cui magnificū erat etiam regib⁹ imperare, decreuit illi regium nomē cum honore: missoq̄ Gilberto Treuerorū archiepiscopo, coronam tradidit, ut in sua sede in medio populi, inunctum & coronatū regem consecraret. Idq̄ ex dignitate perfectū est: cum tamē ille non diu superesset honori regio. Nam moriens, omnia reliquit in manu germani fratris sui Cōradi. Sed iste Cōrad⁹, iam annis grauis, & etio matur⁹, delatū quidem regnū a procerib⁹, & fratris filijs non recusauit, q̄ senecta tum in gente uenerabilis haberetur: & ob memoriā imperialis sanguinis omnes per ordinem Bitisslai filij, non habita ratione liberorum, ducali honore decorarentur. Aequanimiter ergo tulere Vratisslai filij, patruū sibi honore preferri: imino & ipsi per modestiam deferebant, q̄ illo diu per etatem frui nō posset. Abstinit tamē regio uocabulo q̄ illi oneris plus, q̄ honoris, inesse iudicaret: moriensq̄ nepotibus, filijs Vratisslai, permisit ditionē:

qui & ipsi regio nomine abstinerunt: incertum qua potissimum ratione: nisi quod seruitutis sibi iugum sub honoris specie, impositum interpretarentur: redieruntque ad antiquam ducis appellationem: que ex hoc die perdurauit in quartam generationem, usque ad tempora primi Friderici: qui renouato honore, iterum imposuit coronam Bohemorum duci: quod suo tempore commemorabimus.

CA. XII.

Olonie uero per ea tempora, anni post Christum millesimi quinquagesimo octauo, rex Casimirus ex monacho princeps, uita decedit, & Bolislaus filius eius regno succedit. Proximo autem anno episcopus Cracouiensis Aaron, in fata concedit. Cui Labertus, qui & Sula, succedens, insignia archiepiscopatus petiuit. Sed rex Bolislaus a patris uirtute nimis degenerans, abiit in profundum malorum omnium: Religionis contemptor, iusticie negligens, qui de omnibus male mereret. Sanctum Stanislauum, archiepiscopum Cracouiensem, qui inaudita uirtute mortuum exciuit de sepulchro, ad ferendum ueritati testimonium, rex ad mortem persequitur, martyrio coronauit. Antea tamen pro recuperandis terminis regni Polonie, quos amiserant patres sui post tempora Magni Bolislai proauis sui, suo stipatus exercitu, uincias peragravit, & exteris nationes circuibat, & contra rebelles prelia multa consumpsit. Iam septimusdecimus annus uoluebat, quo raris in patria, cotinuus in castris, semper uero apud hostes morabatur. Comixtus inter gentes, didicit opera eorum, & seruiuit immundicijs eorum: Intermisso uirtutum studio, factus est sentina omnium uitorum: Dumque audius uictorie, diutissime extra patriam moraretur, mora quantam ampliende reipublice comodi afferre uidebatur, tantum postea ingessit discriminis: nobilibus Polonie cum rege bellorum occupationibus implicitis. Nam domesticis rebus per absentiam domorum dilabentibus, in uxoribus & filiabus, sensere detrimenta pudicie. Nobiles enim Polonie, qui cum rege multis erant annis in castris occupati, audita fama domesticorum malorum, zelo acceptae iniurie, uindictam meditantur: Inuito rege, nulla impetrata uenia, domos repetunt: noxios supplicijs excruciant: foeminas, que ultro seruis consenserant, penis atrocissimis peremerunt. Rex uero Bolislaus, post multas strages, quas fecit in hostes, elatus in superbia, belueque ferocis induit seuitiam, efferatis animis rediit in Poloniam, & in suos bellum ab hostibus intorsit. Fingit desertores suos, non in plebem suas esse ultos iniurias, sed regiam in plebe potestatem ostentasse. Ait enim, uiros sibi non placere, quibus sint magis cordi foeminea, quam regia obsequia. Conqueritur nihilominus, se non tam apud hostes desertum, sed hostibus ultro expositum. Proinde maiores ac precipuos in nobilitate uiros, supplicio damnat: & quos manifesta ui capere non potest, insidijs aggredditur: Mulieres quoque, quibus mariti pepercerunt, ducti humana consuetudine, tanta insectatus est immanitate, ut ad earum ubera, catulos applicare non horreret: infantulis abiectis, quibus etiam hostes pepercissent.

Sub nomine regis seruit.

Rex monarchi moritur

Rex Bolislaus degener.

Bolislaus annis. xvij. in armis.

Detrimeta pudicie.

Nobiles repetunt domos.

Rediit Bolislaus in Poloniam.

Bolislaus immanitas.

Idens ergo Stanislauus Cracouiensis archiepiscopus, quod crudelem regem ab immani seuitia, & a sua crudelitate insigni, non posset paterna suasionem reuocare: sed quasi lupum rapacem, & beluam sequi

Bon^o pastor

Rex excōicat

Miraculum
stupendum.

Surgit mor-
tuus ad ius-
sum. S. Stas-
nislai.

Mortu^o redit
ad sepulchrū

Rex mactat
S. Stanislai.

entē, in dominicas oues magis ac magis uideret defequire, & gladiū tyrannidis eius, in omnem ordinē digrassari: ascendēs ex aduerso, se pro domo Dñi murū opposuit, & ut pastor bon^o pro ouibus suis, animā ponere non refugit. Premissa igitur monitione secundū normam ecclesiasticę disciplinę: primo illi regni per iniusticiā, ni conuertatur, excidiū futurū, deo uindice, cōminat: deinde, ubi hoc non proderat, anathematis suū distringit in eum mucronē: ecclesię quę denegat introitū. Sed quid uis apud induratum cor: corripere potuit emēdare non ualuit: nihil omisit pontifex integerrimus, si qua posset uia ad sanā mentem redigere: Sed magis exasperauit, quā emēdauit. Quę res pontifici fuit exitio. Priusquā tñ exitū attingam^o, proderit sanctissimi uiri insigne miraculū inferere, omni cōmemoratione dignissimū. Emerat ille ecclesię, & pauperū usibus, predium, a iusto dño, precii quę numerauit, adhibitis pro cōsuetudine regni testimonijs: & possedit. Interea uenditor rebus excessit humanis: Heredes illius post interualum, apud regem instituta in pontificē querela: quę hereditatis suę partem teneret occupatā, litem mouent. Pontifex iustam interuenisse emptionē, precii quę solutionē, obtendit: Illi pernegāt exolutam pecuniā, credere recusantes. Circūspexit pōtifex testimonia, quibus uteretur ad ueritatis ostensionem. Nonnulli ex his, qui affuere, iam mortem obierāt: alij malignitate aut timore se subtraxerāt. Stabat solus pontifex, iussus testes cum documentis producere, aut predio cedere: postulat paucorū inducias dierū: Cogitabūdus quid faceret: nam ecclesię & pauperū causam omittere graue duxit: inuitos ad testimonia pertrahere non potuit: fiducia iusticię suę respexit in Deū, & oratione cum lachrymis, profusa, tumulū adiit, ante quadrienniū defuncti uenditoris, & emoueri iubens cum terra lapidē, quasi presentē & uiuentē alloquit: Quia inquit Petre (hoc illi nomē erat) periclitāte absente, ecclesię & pauperū causa: surge & perhibe ueritati testimoniū. Affuerūt multi exitū prestolātes. Nulla interposita mora, surgit mortuus, & ut erat uix linteo cinctus, palatiū cum archiepiscopo petit: & aduocato aduersario apud regem, ad quod uenerat, perhibuit testimoniū: Accepto se a pōtifice iusto precio, ecclesię predium tradidisse. Stupore conterriti, qui uiderāt & audierūt, inaudito ante miraculo. Pontifex peracto testimonio, testem suum reducit ad tumulū, & cōmēdato precibus homine, redeundi unde uenerat, permittit licentiā. Ille cōpositus tumulo, iterū obdormit. Aduersarius cum rege maleficijs deputauit diuinā, quę apparuit uirtutem, nihilo facti mitiores.

CA. XIII.

Alem ac tantū pontificē, rex tum non solum increpantē cōtemptis: sed ad mortem est usque insectatus. Nam paternę correctionis tyrānus impatiens, quasi lignum tortuosum & aridum, facilius frangi, quā dirigi potuit. Ad deteriora conuersus, maiori uesania induitur. In ecclesia igitur Sācti Mihaelis de Rupella, sancto pōtifice diuina celebrāte, & patrocinia sanctorū aduersus pericula implorante, iuxta arā in infulis, non ordinis, non diuini officij, non loci, non temporis, non diuine maiestatis, habita ratione, nec reueritus, ubique uidētis Dei, presentiam: ab

ara iubet antistitē trahi: Ad quē satellites atrocissimi, quoties irruere tentāt, diuina uirtute retropulsi retrocedūt: tertio prostrati mansuescūt: quos tyrānus ad fores ecclesie fremens obiurgat, indignātissime dicens: O degeneres & ignaui, ad unum trahendū sacerdotē. Deinde irruēs ipse, in Christū dñi, manus iniicit uiolentas. Mox irruunt sequuti dñm milites: frustra timē cęsum discerpunt: foras mittūt partes corporis, canibus uorandas. Sed deus omnipotēs, qui in sanctis suis semper est mirabilis, ad declarāda sancti merita, conseruandasq; sacri corporis reliquias, cęlestes ac terrenas subito deputat custodias. Ex quatuor nāq; partib; cominus Wisle, quatuor sunt uisę aduolare aquile, quę sublimius locū passionis circūuolantes, a contactu sacri corporis abigentes uolucres, aliasq; aues sanguipetas. Hac uero nouitate miraculi adunati, ac zelo deuotionis homines plurimi accensi, sparsas mēbrorę particulas colligere gestiūt: Ad locum passionis properāt miraculo magno, corpus ante discissum reperiūt integrum: multisq; conditū aromatibus, reponunt in basilicā. Erat autē annus post mille octuagesimusseptimus. Bolislaus autem rex, iam deo, hominibusq; iuxta perosus, in Vngariā expellitur. Anno autē propulsionis suę secundo, inaudito languore correptus, miserabiliter interiēt. Mescō autē filius eius cum eo act; in exiliū, in primo pubertatis flore perijt ueneno: & perinde dom; tota sanguinarij principis corruit. Hęc de Polonia breui inserta hunc locum teneāt: Cetera ubi incurrūt, suis temporibus inseremus: diligentiorē tamē narrādarę rerę curam, Polonis, de suis annualibus reseruamus: quos iam credo apud illos cōstare plenissimos, & pro temporę ratione magis ac magis inclarescere: iam enim diu Polonia cępit inter illustria Christianitatis regna, non in postremis numerari.

CA. XV.

N solo quoq; Wādalico Marchia Brandēburgensis fundata, a nobis preteriri non debuit: Eam quippe suo superius loco, & in Saxonā nostra, ab Henrico eius nominis. I., institutam ostendimus: insignē nunc Germanię, & iam Saxonię cōnumeratā. Coaugmētata quippe est, & honore dudū electurę honestata: incertū tamē a qua memoria. Nam cum de electione Imperatoris Otto. III. cum Gregorio. V. suo pōtifice cōstitutionē illā edidisset, Brādēburgensis marchio, anguste habitabat: nec erat magn; inter magnos: ut illi tum contēptis Bauaris, & Sueuis, & Frācis ducibus, electura deferret. Saxonā uero inde nomē magnū habuit, q; quatuor cōtinua successione Imperatores edidisset: Henricū, & tres Ottones: nec uoluit Otto ille. III. domus suę rationē intermittere. Sed de Brandēburgēsi marchione, non immerito querimus: nimirū habuit princeps ille rationē eius principatus, non sine magna causa, q; iam superioribus Alemanis pro sua dignitate consultū uideret: qui iam comitem Reni Palatinū, utiq; ducē Bauarię, cum tribus archiepiscopis, in sua natione tenere crederentur: ducis Saxonię stabilire curauit authoritatem, iuncto illi marchione memorato: qui non cōtemnendū tum principatum tenebat in solo Wandalico: qui tñ sub Henrico. II. quod diximus, insigniter attereretur: ut Theodericus tum marchio, omni per Wādalos exutus

Rex tyrann; fremuit.

S. Stanislaus martyrisat.

Quatuor auolat aqle

Reintegrat factū corpus

Rex tyrānus in exilium.

Polonia illustrata.

Otto. III. & Gregori; V.

Saxonā quatuor Imperatores cōtinuos.

Marchio fte elector. & quare.

ditione, in Magdeburgo, priuatā uitā, & duceret, & terminaret: In nifus, nimirū ceteris principibus, q̄ eius tumultuationis author diceret, per contemptū principis Wandalorū: quē inhonesto cōuitio amaricauit: & esset tamē de principibus ille Saxonie optime merit⁹: quod suo loco supra ostēdimus. Sed rerū gestarū, in hac prouincia, diligentiorē explicationem relegam⁹ in eius prouincię habitatores, quos habet illa ciuilitate doctissimos: ut de ānalibus suis, quos illos audio tenere copiosissimos, promāt, quęq; cognitu dignissima. Ne tamē fabulas pro ueritate edant, diligēter & ipsi curabūt. Nam primordia antiquitatū in hac gente, quod sepe questi sumus, fabulis, & inanibus, anilibusq; nenijs sunt plenissima. XVI.

Wādali habēt annales.

Marchia & marchio unde dicantur.

Vuat intueri, requirereq; unde traductū sit nomē Marchię, atq; i marchionis: Qua in re ridiculus est, qui feudorū usus conscripsit.

Preses & marchio idē

Brandēburgū metropolis.

Marchia ex uulgari Saxonum.

Marchię Germanię & Italię.

Pollicetur enim in titulo docere quis sit marchio: & ubi ad rem uentū est, ignotū per ignotum conatur ostēdere. Marchio, inquit, est, qui tenet Marchiā: at quę sit Marchia, & unde dicta, debuit explanare. Marchionis quidem uocabulū, ueteribus incōpertum est: nisi quis modernorū renouās antiquitates, illuc inserat nouū uocabulū. In nostris quoq; ānalibus, nullam eius uerbi legimus mentionē, ante primū Henricū, Saxonem, Romanorū regem: qui primus domitis Danis, ad opidum Sleswicū, cum eo transtulisset Saxonū coloniā, imposuit regioni presidē, quē appellauit Marchionē: & illi regendos, tuendosq; regni limites, imposuit prouinciā quasi duci limitaneo. Inde quoq; cum ordinata per illum prudentissime Saxoniam, cōstituisset, qui agros colere, qui sequi tenerētur in militia: cum quintū quęq; quatuor in agris remanētes, sumptib⁹ & armis expedirēt: illumq; durāte militia alere iuberētur, uires, quas perinde in Vngaros cōparauerat, primū in Wandalos statuit exercere: Tyrociniū hoc reputans maioris militię: duxitq; in metropolim gētis Brandēburgū: eamq; obsedit per brumā in glacie & oppugnauit cōstātissime, & exhaustis obsessorum uiribus cōsumptisq; cōmeatibus, etiam expugnauit: collocauitq; in ea primus marchionē, qui prouinciā tueretur armis quęsitā, & augescere contenderet in diem: & quā Romani, simili ex causa, dixerē prouinciā, ille appellauit Marchiā: Mecum diu reputās, multaq; circumspeciēs nihil reperio de nominis origine probabilius, q̄, ut ex uulgari Saxonū, ductū esse credam: ut sit in alijs quoq; nationibus: ut uernaculę lingue, quędam nomina inserātur latinis, latiumq; beetur diuite lingua. Marchiā autē uocant uulgo Saxones, districtū unius uillicationis, aut ditionis. Inde uel marke nomen duxere: ut tum Marchiā dicerēt Saxones, eam prouinciā, quā sui iuris esse, per arma sunt consequuti. Inde presidii nomē inditum ut marchio diceret, qui illi ius diceret. Sic in Dania, ad Sleswicū, ut dixim⁹, marchionē cōstitutū: ita & in Wandalis per eundē Henricū regem, Marchiā illam, suo marchioni deputatā: indeq; fluxisse nomē ut deinceps alię quoq; prouincię, hoc uocabulo in simili principatu uterētur: dicereturq; marchio Misnēsis, Badēsis, Stirie, Morauię in Germania, & in Italia, Teruifina, Anconitana, Mantuana, Ferratēsis: & si quę sint alię ibi Marchię.

Soleo quoque Marcomānorū nomē, ad eandē referre originē: Vocāt enim uulgo Marcomānos, gentem undecūq; cōfluētē, in unam ditionē: Manos autē quid uocēt Itali, per imperitiā linguę Germanicę, tenem⁹. Vocāt enim burdones aut ueredos, hoc est, ex equa & asino natas bestias, manos. Sic apud Horatiū, acron interpretat. Sed docet Cornelius Tacitus, quod ex Beroso sumpsit Babylonio: Mānum esse Germanorū parentem deum: quod tamē Berosus non astruit, mortalem ex mortalibus deriuās. Mānus Tuiscone natus, genuit Sueuū, Gābriuiū, Marsum, Hunū, Wandalum, filios, Germanicę nationis propagatores: mansitq; honor nominis in gente, ut bene marem & ualentē uirum, man appellemus, etiam hodie Germani. Marcomāni autē, tum pro suo robore, dicti sunt Wādali: cum eos oppugnaret Imperator Marcus Antoninus: quod suo loco diximus. Hęc sine præiudicio melioris sentētię, candidē lector, accipe: & si quid habes probabilius, fac cōmune, ut mittatur in posteritatē. Nos enim luim⁹ damna incuriosę ueritatē: quę nobis pauca reliquit, ad memoriā fugueritatis.

CA. XVII.

Ommemorāt præterea nostri annales, fuisse marchiones, qui tenuerint comitatū Stadensem, atq; Thietmarsia: qui si pariter fuerint quoque Brādenburgēses, non satis explicat in annalibus. Tradūt enim Idam nobilē fœminā, natam fratre tertij Hērici Imperatoris, ex germana sorore Brunonis, tum Sūmi pontificis Leonis, VIII. ex Sueuia in Stadēsem comitatū per hęc tempoia peruenisse, & in Elstorp habitasse, mortuo primo eius marito, Lupoldo, duob⁹ post inuicē nupsisse comitibus, Thietmarsię, Dedoni, & Ethelero Albo, quorū uterq; in Thietmarsia comes, in eadē gēte cęsus occubuit: ex quibus nati filij magnā nobilitati posteritatē reliquerūt. Inde natos comites de Aldēburgo, & de Luckow, multosq; alios: Sed Idę hereditas, ea moriente, peruenit ad Vdonem marchionē, qui comitatū tenuit Stadēsem, & ab illo, ad Vdonē filium, & inde ad illius filiū Henricū. Secundo Vdoni frater erat Rodolphus, qui Soltwedel teneret: Inde cōiectura est, unam fuisse familiā marchionum, quorū alter teneret Brandēburgū, cum appendicijs suis, alter comitatum regeret Stadensem, cum Thietmarsia. Ipsa annaliū uerba ad fidem ponenda sunt: Comes, inquit, Rodolphus, nimirū primi Vdonis filius, secūdi Vdonis frater, rem diu possessam (de comitatu hoc dicit Stadenli) leui testimonio non se pmitēs: cum in manu ualida uenisset, Fridericū, qui Stadiū peteret, abduxit, & Soltwedel incarcerationi: donec Imperator (is erat Henricus. V.) ne ignominiose frustra datum, ab Friderico aurū haberet, eum carcere absoluit: & multo tēpore, quia reditus ad propira non patuit, secum detinuit, & infra. Cum igitur Henricus marchio (is erat secūdi Vdonis filius) uacuū nomē principatus gestaret: & Fridericus, tam dñi sui rebus, q̄ eis quas uarijs modis conquisierat, afflueret: ex deliberato comes Rodolphus, is tenebat Soltwedel, & nepos suus, Henricus marchio iuuenis, cum multa militiā Stadiū properāt: Sed Fridericus audito eorū introitu, ex altera parte opidi fugit. Principibus ergo Stadenlibus, quę

Marcomāni
& Māni etymologia.

Germanorū
maiores teste
Beroso.

Incuriosa ue
tustas.

Ida soror Le
onis papę. ix

Duo Thiet
marsię comi
tes.

Verba anna
lium.

Fridericus
fugit.

Vorde arx
edificatur.

Stadēsis co-
mitatus.

Thietmarſia
ad eccleſiā
Bremeſi.

Hēric⁹ Catu-
lus.

Magn⁹ Sax-
onię dux.

Vet⁹ Lubica
poſthabatur

Adolph⁹ de
ScaWēborg

Cauſa quę
Wādali ſuſ-
cipiebāt Chri-
ſtianiſmū.

cunctę in Friderici poſſeſſione fuerāt, uendicātibus: Luder⁹ dux Saxonie, poſtea Imperator, caſtrū Vorde edificauit: & totius ducatus Saxonie uires, ad Fridericū reſtituendum informat. Hęc ſunt annaliū uerba, quę, qđ requirimus, produnt. Eandē fuiſſe familiā marchionum in Soltwedel, & Stadio, quorū originē oſtendim⁹ in Saxonia, cum de Stadio ſpecialiter loqueremur. Cū ergo Hēric⁹ marchio, puer ſine herede decederet, redijt comitatus Stadēſis in Rodolphū. Is filios reliquit Rodolphū aliū, in Thietmarſia celum, & Hartwicū maiorem Breme prepoſitū: inde archiepiſcopum. Hac autē marchionū ſtirpe, in nouiſſimo Rodolpho finiente, Thietmarſia uenit per Hartwicū ei⁹ fratrem ad eccleſiā: cum ille uiciſſim, ab eccleſia, caperet Stadēſem comitatū: qui & ipſe quoq; morte illius, redijt ad eccleſiā. Sed tum Hēricus Leo multa molitus, ſe de utroq; immiſcuit. Soltwedel uero redijt ad Ottonē de Balenſtede, & Anholt comitē: Alberti marchionis, cognomēto Vrſi, patrē: qui ab imperatore Cōrado, aſſequutus de Brandēburgo principatū, permiſit Henrico Catulo, duci Baurarie, Leonis patri, Saxoniam: quę in Saxonia pleni⁹ ſunt explicata XVIII.

Ed ad noſtros inde maritimos Wandalos reuertamur. Crito enim per ea tēpora, Obotritorū, Wagriorū, & magne partis relique Wādalię princeps, rem gerebat, plena in Wandalis poteſtate, ad cōtemptum uſq; Magni ducis Saxonie: qui diu fruſtra cōtra illum colluctatus, nihil profecit: cum oppreſſo, quod diximus, Buthue, maiore Godſcalci filio, Saxonib⁹ ſcederato, Junior Hēric⁹ ad Danos materni ſanguinis ſibi propinquitate deuinctos perueniſſet. Interim Crito pſequutor Chriſtiani nominis acerrim⁹, impiū in ſuis gerebat. Hic ueteri Lubica, ad Zwartow poſthabita, paulo ſuperius ad ripā eiufdē fluminis Trauene noua cœpit moliri fundamēta, nouę urbis, lōgo cōmodiori loco, inter lacū Wokeniſſe, & eundē fluuiū: ut utroq; ab latere eſſet irrigua ciuitas: Cui⁹ loci oportunitatē iam ab antiquo memoria Cimbri cōſpicati, quidam ex eius gētis ducib⁹, ibi ięcit nouę urbis fundamēta: Sed neq; Cimber, neq; Wandalus multū ſua molitione profecerunt, dilabētibus breui & euaneſcētibus, initijs cœptę urbis, per bella tonātia, aut alias auerſiones. Seruatim eſt hoc decus Adolpho, eius nominis. II. de Scowenborg, & Holſatia, comiti, qui extructā ibi urbem, renouatis ueteribus fundamētis, ad ea perduxit incremēta, ut inuidiā faceret authori, nouū opus in oculis ducis Saxonie, qui tum eſſet per omnē regionē, & Saxonū, & Wandalorū potentiffimus. Cui⁹ rei ſuo in loco, & tēpore, meritā introducem⁹ mentionē: Nūc autē ad tēpora, quę in manibus ſunt reuertētes, exequamur Critonis Wādalarū principis facinora. Luçtabat ille aſſidue aduerſus ducē Saxonie Magnū, & multis laborib⁹ ſe defendit, ne rediret ad iuga Chriſtianismi & tributorū: Facileq; fuiſſet religionem reparare, ſi in animū inducere potuiſſent principes, tēperare impoſitis oneribus. Sed dum illi inhiāt tributis, Wandalino pariter odio, & religionē, & ſeruitutē refugiebāt. Ita factum eſt, ut omni quo Critonis in duricia ſua Wandalino, Obotriti, Wagriorūq; permanerent. Adiuuit illā hominū pertinaciā temporis malicia, qđ

Ro. Imperatores, Henricus. III. & V. inensi Saxonibus, illos persequerentur: & implicati ecclesiasticis turbationibus, q̄ a summis p̄tificib⁹ executione & maledicto laborarēt: Vnde factum est, ut duplici illa de causa minus intēderēt, propagāde inter Wādalos religioni. Poloni tñ Christiani principes, Bolislaus, & qui sequebant eum, satagerūt cōterminos Wandalos, in ditione Pomeranię, ad iuga Christi cogere. Vnde factum est: ut ad oriētē pri⁹, q̄ in nostro occiduo, ad Christū Wādali puenirēt. XIX.

Hēric⁹. III.
& V. infelī
Saxonib⁹.

Rito iam in suo principatu cōsenuit: Hēric⁹ aut Godscaldi filius, diu in Dania delituit: expectās, si forte Saxonie dux cōtribulib⁹ suis edomādis, cōualesceret: Sed cum nihil inde cerneret, p̄cedere, ad amicos paterni generis, q̄s habebat in prouincia, & literas, & nuncios crebri⁹ missitabat: Vbi eam rem satis preparasse uidebat, egressus Dania, reuersus est in terrā patrū suorū: nec fidebat armis oppugnare hostē, dolo & insidijs aggressus est: non enim usq̄ adeo caruit amicis, quin sup̄ essent, qui illū inuitarēt in patriā: & si occasio bene gerēde rei fuisset, aut certe periculum ei capitis imminere uidissent, pro illo suscepissent arma. Crito tñ sibi ab illo metuēs, introitū omnē illi intercludere p̄tētabat. Henricus aut collectis de Dania, atq̄ amicorū in Wādalia ope nauibus, Aldēburgū a mari oppugnās, cōepit: & omnē maritimā Wādalorū prouinciā uastās, infinitā inde prēdā abduxit. Cūq̄ hoc secūdo, & tertio iterasset, factus est timor magn⁹ ab illo omnibus uicinis Wādalorū populis, insulas, & littus maris habitātibus, adeo, ut ipse Crito iam senex, iam armis dissiutus, & laboribus impar, p̄ter spem, Hēricū ad pacis æquas cōditiones uidebat admittere: & concessit regresso, uillas ei oportunas ad habitandū. Nec tñ sincera erat senis intētio: uirū enim fortē, & bellis insuetū, quē uinequibat, fraude conabat opprimere. Vnde etiā per interualla tēporū, accuratis, de more gētis, cōuiuuijs, animū ei⁹ explorabat: pertētās oportunū insidijs locū. At illi ad cauēdū, nec cōsiliū, nec doli deerāt: nam dña Sclauina Critonis cōiūx, affectior erat Hērico, q̄ Critoni par esset: p̄inde sepius hominē p̄monuit, denunciāns collocatas sibi insidias: deniq̄ maritū iam uetulū exosa, Henrico, si fieri posset, nubere cōstituit, si Crito esset de medio factus, nam Hēricus coniuge uacabat. Vnde factū est, ut instinctu eiusdē sceminæ, Hēricus Critoni uicē redditur⁹ humanitatis, inuitauit illū ad cōuiuuiū: quē multa potione temulētū, cum tricliniū, in quo sunt cōuiuati, uir statura procerus, iam incuruatus, egredere, Danus quidā securi percussus, strauit: & eodem ictu caput auulsit. Mallem alia oportunitate perdidisset: non deos hospitaes uiolasset. Sed incidit ille in foueā quā fecit: qui enim crebrius domi suę Hērico tetēdisset insidias, quid mirū, si patiatur, q̄d primus intētauerat. Et accepit Henricus, ut pacta erat, Sclauinam cōiugē: & obtinuit principatū paternū in terra: occupauitq̄ munitiones, quas ante habuit Crito: & reddidit hostib⁹ suis ultionē. XX.

Hēric⁹ Wā
dalu in Da
nia exul.

Aldēburgū
oppugnatur

Sclauina
uxor Crito
nis detegit
Hērico doli

Crito interficitur.

Sclauina sic
Hērico con
iunx.

Ccessit aut Henricus ducē Saxonie Magnū, fr̄eus cognatione, quē illis esset de maternis lineis: Natus est enim Magnus, filia regis Danię atq̄ Norwagię Magni, qui patrem habuit Olauū, in

•
 Fœdus cum
 Nordalbingis

•
 Wādali con-
 tra Henricū
 eorū principē

•
 Gētes quæ
 auxilio fue-
 rūt Hērico.

•
 Magn⁹ dux
 inicit prēliū
 in Wādalis

•
 Wādali ex
 hoc die serui
 erūt uicti.

•
 Regūdicatur
 ecclesiæ.

sanctos relatū: Et magnificatus est Hēricus apud ducē: fecitq; illi iuramē-
 tum fidelitatis ac subiēctionis: qđ solebant Wandalix principes ab olim
 principibus Saxonie. Sed & Nordalbingorū populos, quos Crito uehe-
 menter attriuerat, iste conuocauit in unū: & inijt cum eis pactū & fœdus
 solidissimū, nulla bellorū tēpestare conuellēdū: Et lætati sunt Holsati atq;
 Stormari, ceteriq; Saxones, Wādalis cōtiguī, eo qđ corruisset hostis eorū
 acerrimus, atq; infœstissimus: qui cladibus, & captiuitatib⁹ terrā uexasset
 diutine: iūctiq; sunt Hērico iusto principi ex animo, cū illo, & pro illo pa-
 rati extrema subire, priusq; diuellerent. Audiētes ergo uniuersi Wādalo-
 rum populi, ad oriētē & austrū, qđ surrexisset inter eos princeps, qui dice-
 ret subeūdas Christi leges, patrē habēs, qui in eam causam perijisset, indig-
 gnati sunt: cōuenerūtq; omnes una uolūtate, & eadē sententia, ut pugna-
 rent aduersus eum: alium sibi principē statuentes, de genere Critonis: qui
 erat nomini Christiano, & Saxonū generi, semper infœstissimus. Nūcia-
 tūq; est Henrico, quia egressus est oriētaliū Wādaloꝝ exercit⁹ ad prēliū,
 ut illū denuo pellerēt: misit nūcios suos ad ducem Magnū, & fortissimos
 Bardorū, Holsatorū, Sturmariorū, atq; Thietmarforū, qui omnes occurre-
 rūt prompti animo: & progressi sunt in terrā Polaborū, in campū, qui di-
 citur Smilow, ubi exercit⁹ hostilis erat diffusus super latitudinē terrę. Vi-
 dens ergo Magnus, quia exercit⁹ Wandalorū grādis est, & armis instru-
 ctus, dubitauit cōgredi: ptractūq; est pugne tēpus a mane usq; in uespe-
 ram: eo qđ internūcij tētarēt prēliū cōditionib⁹ dirimere: dux qđq; expecta-
 ret manū ualidā militū, quos iam iāq; supuēturos sperabat. Factū est autē
 circa solis occasum, & ecce speculator ducis, nunciat militiā armis instru-
 ctam eminus accedere: quo nūcio dux fact⁹ alacrior: exhilarati Saxonum
 animi, sublatoq; clamore, aggressi sunt hostes: & inito prēlio, interrupta
 est acies Wādaloꝝ: disiectiq; fuga salutē quæsierūt: & facta est uictoria
 illa Saxonū celebris, & memoria digna longæua, eo qđ affuerit Dñs cre-
 dentib⁹ in se, & cōcluserit multitudinē hostiū in manu lōge minoris exer-
 citus. Referūt qui interfuere prēlio, quia solis splēdor iam occūbētis, Wā-
 daloꝝ oculos in cōgressu adeo obtenderet, ut omnino cęcutierint, fortis-
 simò Deo hostibus suis in minimo prēbente magnū offendiculū. Seruie-
 rūtq; ex illo die omnes illę oriētaliū Wandalorū nationes Hērico sub tri-
 buto. Factus est deinde in omni sua gēte clarissim⁹ Hēric⁹: precepitq; po-
 pulo Wandalorū, ut coleret quisq; agrū suū: extirpauitq; latrūculos, & ui-
 ros desertores a terra: cæterū de religione uerbū nullū. Sciebat obstina-
 tissimos eorū animos, & inextricabile odiū in religionē, qđ grauis tribu-
 torū exactio, semper Christianismo socia, exaggerabat. Nordalbingi autē
 qui latuerūt hacten⁹ in prēsidjs, exhibāt in terrā excolendā, diffusi per uil-
 las & antiquas possessiones: & regūdicatę sunt dom⁹, & ecclesiæ, in pui-
 ncia Christiana, bellorū tēpestatibus subuersę per eam prouinciā. Porro in
 uniuersa Wandalia, necdū erat ecclesia, nec sacerdos, nisi in ueteri Lubica:
 eo qđ Henricus cum familia ibi crebrius moraretur. XXI.

c Vm autē dux Saxonie Magnus, per ea tēpora reb⁹ excessisset hu

manis, nulla relicta, ple mascula, sed duab⁹ tm filiab⁹: quarū altera nupsit
 Ottoni de Balēstede, & Anehold, ac Berneborg, comiti: qui etiā magnā
 marchionat⁹ de Brādēburgo possedisset partē, Altera Bauarię duci Wel-
 po, quē Latine uocāt Catulū. Hēric⁹ ei⁹ nominis. IIII. ad quē feudali iure
 ducat⁹ est reuolut⁹, dedit Saxonie ducatū Ludero comiti, uiro fortissimo
 qui etiā postea puenit ad Impiū. Ad illū uero deuenit ducat⁹, q̄ iam ma-
 gnā, pncipię partē ex dote, & aliquantā paterno iure, teneret: q̄d in Saxo-
 nia pleni⁹ explicuim⁹. Accidit autē in dieb⁹ illis, ut latrūculi Wādalorū ue-
 nirēt ad prēdā in Stormariā, abegerūtq; iam captā de iumētis & hominib⁹
 bus, nō lōge ab Hāburgo. Dissimulasse uicinos Wādalos absente Henri-
 co crediderim, ut ex interiore Wādalia, quā ueteri nomine etiā nunc Pri-
 gnissam uocāt, prēdā agerēt: quomō in hūc usq; diē, res eisdē locis est p-
 petuata, pmanebitq; post ista sēcula: q̄a hoc coelū nō aliud gen⁹, q̄ cōsue-
 uit, pcreabit. Ad uocē autē clamoris, surrexit comes eius ditionis Godfri-
 dus, cū aliquātis suorū, & psequut⁹ est latrones: sētēs autē quia multi sunt,
 substitit aliquātis per, ut colligeret manū militū paulatim sequentiū, & acce-
 dētū agmini: obuiū autē habuit uirū rusticū, cui⁹ uxor & filij capti abdu-
 cebant: Is dolore suo cōcit⁹, comiti ait: Quid trepidas, q̄s expectas igna-
 ue ductor: cor tibi puidū, nō uirile: certe, si te calamitas, quæ me, preme-
 ret, uxorē & filios in captiuitatē trahi cernētē, nō ita cūctatio remoraret:
 Propera, festina, si quid tibi est animi, libera captiuos, si qua in re fame tue
 per reliquū uis esse cōsultū. His inflāmat⁹ stimulis uir fidelis, cōcito inse-
 quit⁹ prēdatores. At illi post se reliquerūt insidias, cum fugerēt, quas cum
 præterisset, insequutur⁹ fugiētes, surrexerūt: & interceptū uirū in medio
 circūfusæ multitudinis, oppresserūt: nec enim plures uiginti erāt in armis
 uiri: & abierūt Wādali cū prēda in uiā suā: Prouinciales autē per interual-
 lū insequētes, reperūt cadauer oppressi comitis, capite defecto: q̄d postea
 multo precio redēptū, in patrijs recōditū est sepulchris. Comitātū autē uo-
 cantē, dedit Luderus dux Saxonie, nobili uiro Adolpho de Scowēberg
 comiti: fuitq; syncera pax, & intelligentia mutua inter Adolphū memora-
 tum, & Henricū Wandalorū principem. CA. XXII.

Er quæ tēpora, cum sederet Hēricus memorat⁹ in ueteri Lubica
 p quiet⁹, improuisus, uenit a mari exercit⁹ Rugianorū: subuectiq;
 per Trauenā, obsederūt urbē: Rugiani autē, populus crudelis, &
 superb⁹, qui principatū sibi toti⁹ gētis arrogabat, propter phanū toti gēti
 celeberrimū, & propter locorū difficultatē adeūdorū: habitāt enim in cor-
 de maris. Augebat eos recēs Hērici memoria: & q̄ Christian⁹ ipse, Saxo-
 nibus Christianis esset cōiūct⁹. Hæc bellī erāt incitāmēta: Gētes, quas ar-
 mis subigūt, phano suo faciunt cēsuales: Maior flaminis q̄ regis apud eos
 est ueneratio: qua fors ostēderit, mittūt exercitū: uictores, aurū & argētū,
 in erariū dei sui cōferūt: cetera inter se milites partiunt. Venerāt igit⁹ Lu-
 bicā, per eam trāseūtes, Wagriā in suā potestatē reductū. Hēric⁹ autē in-
 trepidus, prefecit ciuib⁹ & populo uirū fortissimū, ad defensionis incita-
 mentū, ut propugnarēt, & obsidionē paucis diebus tolerarent: Ille auxilia

Ludertis co-
mes postea
Imperator.

Latrunculi
Wadalorū i
Stormariā.

In Prignissa
ppetuata la-
trocinia.

Godfrid⁹ co-
mes insequi-
sur latrones

Godfrid⁹ co-
mes oppri-
mitur.

Vet⁹ Lubica
p Rugianos
obsidetur.

Rugiani sub
iectos phano
faciūt censu-
ales.

Cōtrahūtur
auxilia.

cōtracturus, nocte media, solis duob⁹ comitibus, egredit: cōstituto termi-
no quadridui, & designato loco, in quo se uidēdū prēberet: q̄ si forte spes
auxiliorū nulla esset ex Holsatiā, neq̄ se ad locū & diē ostentaret: tum sibi
quiscq̄ cōsuleret. Egressus in Holsatiā, & cōterminos populos, contraxit
plurima, equitū, peditūq̄ auxilia: & ad prēfinitū tēpus & locū sese ostē-
tans, exhilarauit suos, qui ante moerore tabescebant. Audierant enim ua-
no rumore, Hēricū ab hostibus interceptū: Recreati, fortiter sustinuerūt
oppugnationē. Hēric⁹ aut magna dissimulatione, q̄ potuit occultissime,
exercitū suū circūduxit, ne ab hostib⁹ persentiret: & a mari prēmisis equi-
tib⁹, admouebat agmē, hoc q̄d acciderat animo uoluēs, ratusq̄ futurū.

Hēric⁹ irruit
in hostes.

Rugiani cernētes a uia maris procedere equites, suos arbitrati, quos expe-
ctauerāt, gratulabūdi prodierūt de castris obuiā, ut exciperēt ueniētes cū
lētitiā. Hēric⁹ quadrato agmine lent⁹ incedebat, ut pedites secū traheret:
Vbi omnia constitere ex sententia, turbidus irruit in hostes: & primis cō-
culcatis, ubi ad arma peruenerant, inito conflictu, grauissimā cēdem stra-
gemq̄ perēgit in Rugianos: alij fugientes in nauū recēptacula, demersi
sunt, paucissimi fuga elapsi, nauigijs cladem nunciauere. Seruat mons no-
mine suo uictoriā memoriā, Raneberg etiā nunc dictus: Nam Rugiani
etiā tum dicti sunt Rani: Ibi enim congesta cēlorū cadauera tumulaban-
tur. Magnificat⁹ est Deus in manu Christianorū in die illa: Statuerūtq̄,
ut dies Calendarū Augusti celebretur annua cōmemoratione eius uicto-
riē. Ex quo die Rugiani facti sunt Hērico tributarij: quomodo Wagrij,
Polabi, Obotriti, Kiffini, Circipani, Luticij, Pomerani, & uniuersæ Wan-
dalorum, usq̄ in Poloniā nationes, quæ sunt inter Albim, & mare Balti-
cum, & longissimo tractu ascendūt ad terrā usq̄ Polonorū: Super omnes
hos imperauit Hēric⁹ uocatus rex in omni Wandalarū, & Nordalbin-
gorum prouincia: quū ille per modestiam honorē sibi regium non arro-
garet. Sed quid facies blandimentis subiēctorū: prēsertim in barbarie.
Hęc de Helmoldi sunt testimonijs: ad fidē etiā uerba posita: ut fidelius ue-
ritas uideatur.

Rugiani &
Rani ijdē.

Ditio amplā
Henrici.

CA. XXIII.

Brisani &
Stoderani re-
bellarunt.

Ecq̄ tñ omnimodis quietū erat Hērici in Wādalos suos imperiū
n Nam Brisani, atq̄ Stoderani, qui Hauerbergū & Brandēburgū
habitāt, rebellionē ostenderūt. Visum est Hērico prēuenire mo-
tuos in se. Ergo cōtractis Nordalbingorū auxilijs, suisq̄ perarmatis, cō-
cito mouit in rebelles, & obsedit opidū Hauerbergū, creuitq̄ obsidio assi-
due, accedentib⁹ nouis supplemētis, ex omni ditione eius, prēsertim Obo-
tritorū: qui patrio illi iugo erāt obnoxij. Dum Hēric⁹ obsidionē urgeret,
fili⁹ ei⁹ Mistiwoi, iuuenis impiger, cū audisset & ille laicos suę gētis popu-
los, qui & Ligones appellant, tumultuātes parare rebellionem, assumptis
ducentis ex Holsatis armigeris, & trecentis Wādalorū agminibus expedi-
tiorib⁹ auxilio, cōcit⁹ mouit in eos: & per inuias paludes, & loca nemoro-
sa improuisus irruēs, magnā egit prēdā iumētorū: quā cū educeret, cōglo-
bati indigenæ, omni qua poterāt multitudine se obiēcerunt egressuris ad
locorū angustias, ibi prēliū inuenit. Sed erat uictoria Mistiwoi & suorū.

Abacta prē-
da & fili⁹ Hē-
rici uicit.

Nam celsis plurimis, aliquot etiam coepere captiuos: inter quos eius gētis principē, & cōtinuato itinere ad Henricū patrem, uictor filius cum ingēti pręda regreditur. Grauat inde oppugnatio, auctis uiribus. Sed Brisani, sibi diffidentes, cum Henrici semper uires augetur, illorū semper decreuerent, facto interloquio, deditiōē fecerūt: & datis obsidibus, Hērico se in reliquū imperata facturos, sponderūt. Quo etiā tēpore, alius ex filijs Henrici Waldemarus, emulatione fraternę uictorię incitus, cum forte tributis exigendis immineret grauior q̄ illi ferrēt, Rugianus populus, infrenis, & iugi impatiēs, ut qui alijs imperare cōsueuisset, exactorē oppresserat. Pater iustę ultionis iram colligēs, magnū ex omni Wandalia armorū & exercitus fecit apparatū in Rugianos. Accessere mille sexcēti ex Holsatis, Sturmarijsq̄, Henrico semper uoluntarij. Hēricus suo agmine precessit, ut primus pericula pertētaret. Saxones memorati, trāsmissō amne Trauena, per Polabos, Obotritos, Kiffinos, lōgo itinere: pacato tñ ubiq̄ sub Henrici Imperio terra, ad opidū Wolgast, Henricū operientē inuenere. Ille delectatus agmine instructo auxiliorū compellandos putauit: hac aut simili usus oratione.

CA. XXIII.

Agna mihi semper uiri commilitones fiducia de uobis creuit in hunc usq̄ diē: cum uos ne lōginqua militiā pro me suscepta fatigarit. Quid uobis, quid generi uestro debeā, non ignoro. Idq̄ libens, dum spiro, uotis omnibus & uiribus exequar, uicē reddere gratitudinis, tantę in me meosq̄ alacritati. Sed quādo uos armorū p̄sides, paratos habeo in pericula socios: cur non etiā cōsiliorū participes facio, uiros integritate & fide p̄stantes? Hac, quę pręterijt, nocte Rani me nuncijs sunt adorti, p̄nitentiā peractę necis p̄tēdētes: culpā in paucos sceleratos refundūt: Itaq̄ mortē filij, ducetarū marcarū precio equandā afferunt: In reliquū imperata facturi. Quid igitur fortissimi uiri facio: quę animis uestris sentētia sedet, quęlo paucis edicite: oblatas cōditiones suscipimus an minime? Tum breui interim facto colloquio, Saxones p̄fectū suū iubēt edicere: Rem non obscurā, inclyte princeps, refers in cōsiliū, nostrę nō indigā discussionis. Arbitramur aut, non tam te dubitare quid facias, q̄ explorare, quo in te simus animo. Nemini nostrū uideri potest dubiū, charissimā tibi sobolē nullo precio licitandā: tacemus, ut ad exilē eris summā ab occisoribus sinas estimari sanguinē, nullo cre exequādū. Hanc enim facinorosorū estimationē, irrisionis magis formā, q̄ uere p̄nititudinis satisfactiōē, p̄ferre arbitramur. De nobis autem quid sentias, sic habeto: Ad p̄liū pro te, tuorūq̄ iusta ultione subeundū, uenimus: non ad hostiū ludibria tolerāda. Si nos cōsulis, aut sequeris p̄cedētes, iustā in cōtumeliosos hostes uindictā suademus, non uerbo modo, sed facto iniuriā tuam ulturi. Pontē tibi strauit uindex iniurię suę atq̄ tuę Deus. Erat enim brutale tempus, glaciē undiq̄ constricto, mari proximo: uterē & armis nostris, & deditissimis tibi semper manibus. Ille ubi gratias habuit fideli cōsilio, fortiq̄ promisso, & iustę commonitioni, agmina sua prior ipse promouit, ducens in hostes.

CA. XXV.

Brisani dedunt se.

Waldemar opprimitur

Expedicio in Rugianos.

Wolgastum opidum.

Oratio principis ad milites.

Rani penitente de necē.

Princeps cōtulit milites

Saxonū responsio.

Pons per glaciem.

Dux salutari
rex.

Saxones in
prelio primi

Dux timet
perfidiam in
suis.

Oratio Hen-
rici.

Flaminem sup-
plex.

Petit misericordiam.

Statera dolo-
sa.

Transmissis ergo syluis atque arundinetis in conspectu habuerunt
t hostilem terram, & mare subiectum oculis. Tum Wandalorum agmina
quos ad arma Henricus deuocauit, in littore tetenderunt. Volitabant
signa militaria, per singulorum cohortes tribunorum, & prefectorum.
Egressi duces (Sic enim Henricum regio dignabatur honore) regem suum sa-
lutauere, gentili more, in terram inclinantes: peregrinumque exercitum Saxo-
num, demissis capitibus, honorauere. Tum actum in concilio, de rerum ordine
gerendarum, & quorum primum agmen, hostilem terram inuaderet. Saxones inde
uerbo sibi desumpto: Non patimur, inquiunt, optime princeps, gentis nos-
trę gloriam in nobis antiquari: Nostrum semper fuit primos in agmine
pugnare: primam aciem inuadere hostium, redire nouissimos, pace tuorum operam
desumimus, itineris tibi ad hostes instruendi: nec cedimus cuiquam, in toleran-
do labore, aut periculis subeundis. Placuit supra modum Henrico Saxonum
alacritas: eiusque eliciende uocis gratia, reponerat in medium, sciens consuetudi-
nem fortium uirorum: Accessit, quod neque genti sue tantam habuit, quam Saxonibus fi-
dem, quod communi religione Christianismi cum illis teneretur: in suis autem
congentilibus, perfidiam duplicem est reueritus, quod gens natura fluxa, odium
execrabile Christianismi pateretur. Igitur leuatis signis, Saxones preeunt
sequuntur agmina Wandalorum: suo quisque ordine, per glaciem in terram
perueniunt hostilem: Ibi proximis incendia uillis intetarunt: aperueruntque,
qui uenirent. Misso autem exploratore Henricus, intellexit non abesse lon-
ge hostes Rugianos, ad prelium paratos. Henricus structis ordinibus, suos
alloquitur: Cernitis, inquit, uiri quid agant, in conspectu sunt hostes pugnatu-
ri: nos numero & uirtute prestamus: causaque hinc iustior pugnat: uicimus,
si modo uiri sumus. Nam si quem, quod absit, ignauia comprehendit, ut in fuga
sperarit, inanis fiducia illum uexat: In terra hostili, aut uincere, aut mori, ex
duobus alterum necesse est. Nam ubi ignauiam detexeris, in fugam respiciens,
proximus fugientem gladio confodiat: Quin potius fiducia pleni, in hostem
irruite: cernetis dicto citius terga fugientium. Hęc loquutus, uidit supplicem
procedere flaminem, poscereque principis alloquium: Ille non detrectat, ubi
uenit in conspectum, prefatus ueniam, populum crimine purgat: In satisfactio-
nem offert quadringentas argenti marcas. Vbi uidet Henricum rugare frontem,
aurem auertere, octingentas pollicetur. Sed neque sic flecti uidet iratum: mur-
murque personat agminis, progressum urgentis. Procidit ad pedes, misere-
ricordiam implorat: Ecce, inquit, terra in conspectu tuo est: utere rebus omni-
bus, modo sanguini parcas: Intercipitur inde prelium tractatibus, & omni-
um iam animis ad pacem inclinatis, noluerunt Saxones refragari. Quatuor
ergo millibus, ac quadringentis marcis, pacem mercati, bellum ablegarunt: Ac-
ceptis obsidibus, Henricus reduxit exercitum. XXVI.

Ebus iam pace sedatis, misit Henricus in terram nuncium, qui nume-
r r ratum afferret ex summe antedictę. Illa uero tempestate, nulla erat
in terra moneta, sed rebus res commutantes, uetustissimo more mer-
cabantur. Hoc sciens Henricus, ut a barbaris aurum omne tolleretur, quo ad
nullam pietatem uerentur, stateram misit dolosam: ad cuius pondus equandum,

omne aurū, quod erat in grario idoli sui, qđ utiq; non paucū erat, quodq; in uxorū, ac filiarū ornatibus inueniebatur, totū cōtulere, nec ad dimidiū promissę summe poterant pertingere, fraudāte eos statera dolosa. Igitur quod allatū fuit, accēpere nunciū, Hērico referētes: cum reuera plusq; ex promissum erat, teneret: ad iudiciū staterę, dimidiū quod deesse uidebat, exposcebat. Erant in Ranis, qui dolū deprehendissent, & iam se explese promissa cōtenderent, etiam mēsurā pretergressi debitā. Henricus contra accēptate semel staterę esse ad extremū satisfaciēdū. Hac cōtrouersia durante obsides tenuit: proxima bruma iterās in eos uelut fidefragos, expeditionē. Luderū tum Saxonie ducem inuitauit, certis cōditionibus ad arma, & ad bellū in Rugianos societatem. Ille aderat parato agmine: Terrā, iūctis agminib; ingressi populant. Sed tum gelu mare cōcretū, ad laxationem glaciē inclinat. Itaq; ne repedandi uia sustolleretur, festinantius regressi in sua se receperunt. Rani ex illo die quieti permāsere: Libet inueneri, q̄ magnam, tum cerneret Henricus in gētē suam, latissimā ditionē. Quam enim modo tres, aut etiam plures, imperio terram tenent duces & principes, eam tum solus Henricus gubernabat. Tantus apud Saxonie ducem: ut illum pertraheret in belli societatem: Cui etiam postea ad Imperium sublimato, amicū suum Kanutū Sleswici ducē, conciliabat: quod infra suo tempore a nobis cōmemorabitur.

XXVII.

Amdudū Henrico Wādalorū principi, nata est in Danię regem iusta querimonia. Is erat Nicolaus, unus ex Zuenonis multis filijs, qui inuicem regno sibi successerāt: quod in Dania sum; plenius exequuti. Henrico aut, materno sanguine prouenientē, in regno Danię, hereditatis portionē, uiolētus rex, ut cetera omnia, occupabat. Cūq; iure nullo sepe petitā assequeretur, armis expetēdam putauit. Iutamq; ob eam rem crebrius incurſabat, cum fœderatos haberet Nordalbingos: adeoq; incoestā fecit regionē: ut iam nemo pene præfecturā (Sic Dani uocāt sub regē ducatū) Sleswici desyderaret: cūctis refugiētibus, crebras, & uiolētas Henrici incurſiones. At Kanutus Eri regis filius, uir ad omnia integerrim; hāc sibi prouinciā a rege deposcit, & impetrat: Crebrior illi cum Henrico cōflictatio: leuia semper prælia agebātur. Aliqñ etiam ad iustos exercit; pducēdos res peruenit. Perurgebat Kanutū Henric; & optimā de regione prædā, crebrius auferebat: Vlisci Kanut; uicēq; illi redde re adortus, Henricū fugabat in Lubicā ueterē: quo in loco māſio illi fuit cum præsidio. Perurgebat sequēs cum exercitu Kanut; Henricū, ut ne in præsidijs solitis, sua fideret tueri. Aliqñ tam de propinquo cōcurrerūt, ut iurgijs, & cōuitijs, inuicē milites cōflictarēt. Hac rerum uicissitudine, diu perdurāte, Kanutus, ut erat uir ubiq; integerrim; & fidēs, atq; cordatissimus, cogitabat Henricū ipsum inermē, inermis, pertentare, si forte malorum finem, uel sic, inueniret. Et qm̄ fidelis uir nullas struebat insidias, nullas ab hoste itidem, ut sciebat, bono uiro, metuebat. Tendebat Henric; in armis oportuno loco: & nihil expectabat q̄ cum hoste de proximo cōfſigere. Adequitabat Kanut; solis uiginti comitat; & præmissis nūcio, suā

Aurū & statera
rio idoli.Dol; staterę
deregitur.Rugia popu
latur.Kanut; ami
cus Imp.

Reuolēt;

Lubica uet;

kanut; que
rit pacē cum
consobriuo.

Inimici cōso-
brini recōci-
liantur.

Memorable
exemplū.

Luder⁹ dux
Saxonie Im-
perator.

Luderus &
Lothari⁹ dē

Mun⁹ datur
Imperatori.

Warcisslaus
Wandalorū
princeps.

Bolisslaus Po-
lonie dux.

Hērico præsentiā denūciabat, cum ad amicum colloquiū aduenisset. Ex-
perrectus Hēricus, ubi adesse audit Kanutum, ad arma respicit, iam pene
captū se reputās. Nūci⁹ q̄sancte iurat, adesse pacificū Kanutū, sine armis.
Ille ubi sit, rogat, in forib⁹ astare respondet, & cum dicto Kanutus ingre-
ditur, Mox ruūt in amplexus mutuos. Erāt enim cōsobrini. Nam mater
Hērici soror erat Erici regis, quē patrē Kanut⁹ habebat. Miscētur lachry-
mē, & post mutuas uerborū querimonias, cum alter in alterū reijceret cul-
pam malorū, nullo interim mediatore, causam belli dirimūt: Pauca quidē
uterq̄, in suę partis purgationē: Sobrie de alternis quęsti. In eam sentētis
am⁹ cōueniunt: ut Kanut⁹ Hērico argentū depēdens ac numerās, eius ut
in Dania, ab rege suę partis accipiat hereditariā portionem, Memorabili
inde exemp^o, familiaritatē ineunt, quę in germanis fratrib⁹ syncerior es-
se non posset durabatq̄ ad amborū mortem. CA. XXVIII.

Enricus iam senescēs, & filiorū suorū inertīā prospiciens, Kanuto
h⁹ ditionē suā omnē, si quid illi humanit⁹ cōtingeret, cōmendauit:
immo rogat, obsecrat, ut se premortuo, quod ab annis uerisimile
fuit, eius sibi Kanutus desumat in gētem suā gubernacula: ab Imperatore
Romano (is tum erat Luder⁹ dux Saxonie) se rei totius cōfirmationē faci-
le impetraturū. Recusat Kanutus, prētēdēns: non esse decorū, ex heredes
facere legitimos successores, sibi etiam sanguine non alienos: neq̄ honori
sibi futurū, si propinquos suos, paterna detruderet successione: neq̄ illos
quieturos: neq̄ proceres facile passuros, imperiū externi hominis. Ille re-
cusantem grauius perurget obsecrationib⁹, ne patiatur liberos suos inde-
fensos. Kanutus se, q̄nq̄ uidem tātopere Hēric⁹ precibus perurgeat, factū-
rum spondet, quod ex equo bonoq̄ sit. Interim Hēricus apud Lothariū
(Ita Luderū iam imperātem crebriores uocitabāt, q̄ ab antiquo Impera-
rium id nomē haberetur) ut Wandalia, quę iam dudum sub Ottonibus
in ditionē cōcessit Imperij, Kanuto permittatur administranda procuret.
Nec minus ipse Kanutus, solēni dono, pro fortuna quę ei fuit opulentissi-
ma insigniter munerat Imperatorē: equū illi mittens auro undiq̄ circūful-
gentem: nescio si & auro calceatū, sed auro non sufferratū scio. Imperator
interposita autoritate, postulationē Henrici non grauat⁹ admittit. Hen-
ricus non diu post, in fata cōcedit, ad annū a Christo millesimumcentesi-
mum uicesimū secundum. Kanutus administrationē subit Wādalię pro ne-
potibus suis Henrici filijs. Per eadem fere tempora, cum Henricus Impe-
rio teneret omnem prouinciam citra Panim, Warcisslaus princeps erat in
orientali Wādalia: qui instante sanctissimo uiro Ottone Bābergēsi episco-
po, sponte sibi prędicationis officium in Wandalos, asciscēte, fidem Chri-
sti cum procerib⁹ & urbib⁹ accepit: perurgente hinc a mari Nicolao Da-
norū rege, inde a terra Bolisslao Poloniae duce: perdurauitq̄ susceptū se-
mel euāgelium Christi in ea prouincia: cum in Henrici ditione diu post,
uarijs casibus fluctuaret, usq̄ ad tēpora Henrici Leonis Saxonie ducis:
quod suo loco cōmemorabitur. Ab hoc ergo loco ducemus initiū cōme-
morandi principatus in Pomerania & omni circū regione, quā, ut in alijs

Christianismus nobis aperuit.

CA. XXVIII.

Um illa geruntur in occidua Wādalia, Nicola⁹ Danię rex ab ori
d ente eādem bello premit prouinciā, Warcisslaus princeps preerat
 superiori Wādalię, diuturnas cum Danis atq; Polonis fouēs si
 multates. Mouit in eum Nicolaus Danorę rex, & a terra Bolislaus Polo
 nus: cui ad regem Danorę iam foedus erat & affinitas. Nam filiā suā Po
 lonus, Magno Nicolai regis filio, despōderat uxorem, Vsua Wādalię
 urbem, obsidione premebant amborę exercitus. Et cum graui⁹ oppugna
 retur, in ditionē regis cōcessit. Ibi Bolislaus Polon⁹, tradita regi filia, spō
 sa Magni, reducit exercitū in Poloniā. Mox Iulinū a Danis obsidēt, &
 expugnat: magno nimirū, ab utroq; populo, sanguinis impendio. War
 cisslaus aut, earę partiū princeps, cū reb⁹ quoq; suis, ab Danorę rege diffi
 deret, pacem inire percupiēs, misso caduceatore, petit interposita publica
 fide colloquiū: iussusq; introire nauim regiā, nihil dubitat. ubi inerat, cau
 sam suam agens. Suggestur regi a militib⁹: ut sublatis uelis, captū princi
 pem, uelut pacis obsidem abducāt. Eam rem Kanut⁹ Sleswici dux, cum
 adesset, ualde in cōcione improbabat: nam sempiternā regio nomini ma
 culam inureret, q; fidem publicā Danię rex uiolasse diceret: cæterū uni
 uersę nationi non mediocre futurū dedecus in omni gente, q; hominē, qui
 fidem regiā sequit⁹, ad foedera uenisset, pro captiuo abduxissent. Omnis
 concio in sentētiā ibat Kanuti. Decernitur, ut cum honore Warcisslaus
 in patriam remittatur. Eius rei occasione exarsit emulatio, in Magno ad
 uersus Kanutum, dissimulāte prudēter Kanuto, qui pro ueritate & iusti
 cia, offensionē non recusabat. Nuptię interim Magni, magno instruuntur
 apud Ripam opidū apparatu. Ibi cōuentus procerū omniū. Non deerat
 Kanutus, prim⁹ inter primos, qui fratruelis esset sponsi. Splendidus ostro
 fulgebat, in ueste Saxonica, ut qui in ea gente plurimū uersaretur. in eum
 cauillatus Magnus: Ostro inquit fulgidum latus ferro penetrari non po
 test. Ille nihil motus placide respondit. Aequē peruiū est, si ouillis pellib⁹
 cōtegatur: nihil uoluit asperius reiicere. Creuit tacita inter pares sangui
 ne & uirtute dispares, emulatio. Nam Kanuto semper primas dedere par
 tes, in omni opere uirtutis: quod æquis auribus Magnus nunq̄ accepit.
 Interim in prefeturā reuersus Kanutus, proximā Wādalarę prouinciam
 sibi cōmendatam reuisit. Ibiq; rebus pro tempore ordinatis, adiit Cæsare
 Lothariū, tum Bardewico agentem, pro rebus, quæ tum interuenerāt in
 prouinciā procurādis, & apud principem ordinādis. +XXX+

Rex Danorę
premit Wā
daliā.

Vsua urbs
capitur.

Iulinum ex
pugnatur.

Princeps res
gi colloquit

Seruatur fi
des hortate
kanuto.

Nuptię cele
brantur.

Verbū liuo
re plentū.

Imperator
facit kanutū
regem

Othari⁹ aut Imperator, perpēsis Kanuti natalib⁹, & maiori que
I illis pulchre responderat uirtute, cōciliādū sibi beneficio cōstitu
 it, uirū nobilem, & potētem. Coronā ei regiam decreuit, & im
 posuit, regem appellās Obotritorū: Ea enim prouincia in eius erat procu
 ratione: Nec una causā impulit Cæsarem, ut eo dignaretur honore uirū.
 Natalibus, ut diximus, magnis uiri permot⁹ est Imperator, q; regis esset
 Erii fili⁹: magna uirtus accessit: deinde non cōtemnenda magnitudo di
 tionis, q; a Sleswickcensi ducatu per Wagriā atq; Magnopolim, magne

Illustrē regi
b^o imperare

Wādalia lites
toralis paret
regno Dag.

Kanut^o uir in
terricus.

Kanuti res
sponsum ad
regem.

Rex pacatur
responso.

prouincię dominaretur. Super omnia uero, hæc erat amplificandi honoris causa: ut illustraret Romanū imperiū: quod tum uideretur illustrius, si regibus imperaret. Nam Otto, II. illi adiecit coronā Polonię: Hēric^o: III. Bohemię: quę in eis regnis sepe renouatus honor regius, crebrius intercedit. Kanut^o igitur Obotritorū rex apud omnes habebat: Quę res initium prestabat, ut est promptū coniectura, nostri seculi Danorū regibus: ut se Danorū, Wādalarumq; reges efferāt in titulo. Nam moriēs Kanut^o, regiū titulū trāsmisit ad posteros. Sed & multis deinde bellis, magna pars Wandalię littoralis, paruit regibus Danorū: ut inde quocq; titulū mutuari redantur. Ea uero res coacti in Kanuto honoris, in Dania, non uno ab omnibus animo accepta est. Qui bene uoluerunt Kanuto, gratulati sunt principi magnifico, de honoris accessione. Cæterū, qui Magno eius emulo blandirētur, quorū erat maior numerus, propter presentē Nicolai regis maiestātē, rem sinistrosū detorsere: asserentes regiū honorē de manu Cęsaris acceptū, ad hoc respicere: ut proximus illi gradus sit iam regi ad inuadēdum Danię regnū, ope Saxonū, quibus se totū permetteret Kanutus: Simul & libertatē regni ab olim seruatā, uinculis stringat subiectionis ad Romanū Imperiū: qua in re cauendum Magno, ne patria illū successionē depellat. Ingrauescebat mira indignatio in caput Kanuti, ille ubi intellexit, ut erat terrore omni posito, uir interritus & intrepidus, presentem se facit mussitatibus, & in oculis omnium obambulās, expectabat, si quis ea de re sermonē inceptaret. Cohibuit presentia multorū pridē oblatiū ora: Sed rex euocatū, inter proceres cum illo agebat: Quid sibi uellet rumor uolitās, super nomine de regno a manu Cęsaris acceptę. Aderat Magnus regis filius, ut cuncta perspiceret & audiret, Kanutus rogat^o a rege rationē facti reddit, in hunc modū: Ego inquit, rex tua uolūtate in Sleswickcēsi præfectura, quā a te nemo cupiebat diu, per insignē laborem uersat^o: aliqñ Hērico Wādalarū principi, propinquo nostro, recōciliabar. Vbi mutua freti familiaritate, & sanguinis coniunctione, multa cōmuniter egimus: ille iam ab annis ingrauescēs, me quāsanctē rogat, tutelā filiorū ei^o suscipiā. Non recusauī. Nam omnē in me prouincię principatū transferre uolēs, a me repellitur: Pro filijs autē eius administrationē subij libēs. Dum in prouinciā uenio Saxonū, ibi crebrius diutine diuersat^o, gētis in eo familiaritatē, & ad Cęsarē ab illis ptrahor. Ille nescio quid, in me perspicies, non rogātī, etiā recusanti, coronā imponit, ad regnū Obotritorū: credo imperij sui studēs honoris: ut etiā regē, cui imperet, habeat. Ita me regem suū Wādali uocāt. Cæterū in tuis prouincijs rex, non aliū me gero, ac debeo, Sleswici præfectū. Habes omnē de rumore ueritatē. Rex ubi cōgnouit, equū sumpsit animū in Kanutū: interpositaq; opera, filio Kanutū & illi filium, quibus poterat modis, recōciliabat. XXXI.

Anutus iam rex erat Obotritorū, noua Wādaliā illustrās dignitate. Igit^o Kanuto Obotritorū rege, strenue omnia circūspectate, obeūteq; prouinciā, filij Hērici, paulatim adulescētis, ad regimē terrę sub rege excreuerūt: ut quā ille, & in Sleswici prouincia, & Da

nię regno, multis erat rebus implicit⁹, interim illi reb⁹ preeffent in suo ter-
ritorio. Sed tum improvidi per etatē iuuenes, absente, Kanuto domestica
bella cōflātes, novos Nordalbingis parturiebāt labores. Nam Zuentep-
plogo, solus ambiēs administrationē, Kanuto fratri, multas irrogauit ini-
urias, Ad extremū, sumptis Holsatis, eum in arce Plunēsi obsedit, At Ka-
nut⁹ obsessus, prohibēs, ne obsidētes iaculis sui incesserēt, ascēdēs in pro-
pugnacula, alloquitur his uerbis exercitum fratris: Quid causę est inquit
optimi uiri Holsati, ut amicū oppugnetis, irę fratris seruiētes. Eundem pa-
trem preferimus, Hēricum uobis semper deditissimū: eodem sanguine cre-
ti, equo de prouincia iure cōtendim⁹: arbitros ego uos hodie constituo,
ad causam meā: uidete quo iure oppugnetis, cuius ad omnē rem tenetis iu-
sticiam in manibus: apud fratrē uobis cōtendēdum, ut ad equas mecum
cōditiones descēdat: mei iuris tradidi uobis potestātē. Vbi audiūere Hol-
sati, inter se fremūt: equū postulat, dicentes, iste adulescens: quid agimus?
cur non potius eius gēmanū cōuenimus. Igitur obsidione soluta, partes
interponūt, ad fratres recōciliandos. Qua re ex sentētia peracta, Kanutus
fratrū iunior, non diu reb⁹ superfuit. Nam cōtentione inita, in opido Lut-
kenborg opprimitur: incertū, an fratris cōsilio, aut cōniuentia: quod faci-
le sibi persuasere, qui rem intuebāt. Soli perinde Zuēteplogo, sub rege ce-
dit paternus principatus. Ille Adolphū Holsatię comitē, iam inde sub pa-
tre notissimū, in societātē belli uocauit, cum Holsatis & Stormarijs: expe-
ditionēq; fecit militarem, in terrā Obotritorū: obseditq; urbē, quę dicitur
Werlo. cōtumaciam ostēderant principi suo q; maiori potestati fiderent,
cui subessent, regi suo Kanuto. Ille autē ea fuit modestia, ut, nisi inuocatus,
non adesset parenti Hērico, protestatus q; filios eius exheredes non face-
ret. Permisit ergo gubernacula Zuēteplogo: Ille uero ea tum urbe in po-
testatē redacta, promouit exercitū in Kissing urbē: Qua similiter ad obe-
dientiā reducta: acceptis undecūq; obsidib⁹, reuersus est in Lubicā. Hol-
sati quoq; in suas sedes repedarunt.

CA. XXXII.

Oc erat illud tēpus, q; Vicelin⁹ religiosissim⁹ in Christo sacerdos
h mira institit opera, ad reuocandā Christi fidē in prouinciā, unde
diu nimis exulauerat. Aduocatis fratrib⁹ fauore hui⁹ p̄sidis in
prouincia gēti p̄dicabat. Sed qm̄ impacata erat bellis tonātib⁹ ea regio,
parū initio, p̄fecerūt, iterū atq; iterū inceptabāt repulsi, & per annos tris-
ginta, magno labore & instātia mirabili, in hoc populo Vicelin⁹ euāgeli-
sabat: uerus Wādalorū apostolus. Cui⁹ rei ordinē, quia in Metropoli nos-
tra explicauim⁹, inde requirat, qui nosse uolet. Zuēteplog⁹ autē princeps
Hērici fili⁹, nō diu post est interfect⁹ dolo Dasonis p̄potētis in Holsatia
uiri. Reliquit ille filiū, cui Porcello Zuinecke nomē erat: sed & hic inter-
fect⁹ est apud Erteneborg, urbē Saxonie trāsalbianā: defecitq; stirps Hē-
rici in principatu Wādalorū, mortuis filijs atq; nepotib⁹. P̄dixerat hoc
Henric⁹ dum uiueret, Solēt enim diuinare morituri. Ille tñ, nescio quibus
oraculis edoct⁹, p̄gnūciauit stirpē suā de proximo periturā. Iam pleno iu-
re principatus in Kanutū demigrabat regē: uirū, ut dixim⁹, integritate &

Frater fratris
iniuriatur.Oratio kant
ti iniuriati.Holsati ora
tione mouētkanut⁹ op
primitur.Werlo obsi
detur.Urbs kissing
rum.Vicelin⁹ sa
cerdos opti
mus.Wādalorū
apostolus.Porcello p̄
ceps interficiē

uirtutibus insignē, Danis formidabilē: ceterū, Lothario cesari in precipu-
is habitū: cui iam, ut dixim⁹, coronā regni donauit. Cum interim una sub
Danorū rege Sleswici prefecturam, hoc est ducatū, administraret: in qua
procuracione, tātus iusticię & ueritatis cultor erat, ut pro his rebus nemi-
nem uereretur, nulli ignosceret. Deprehēsi sunt in merica suę ditionis, la-
trōcinātes, & insidiātes transeūtibus: quibus iam ultimo supplicio cōde-
mnatis, cum poenā sumere carnifices iussisset, ex media damnatorū grege
quidā proclamat: esse se de principis Kanuti cognatiōe: iure sanguinis im-
punitatē & uitā deposcēs. Cognato, inquit, nostro, ut honoratior sit, sub-
limiorē parate crucē. Sic ille muneratus est, q̄ cognatum se diceret princi-
pis. Occupauit aut̄ omniū prior Kanutus montē Alberg, quē nūc dicūt
Zegeberg: imposuitq; mansiūculas, intēdēs aliqñ cōmunire castellū: qđ
postea Imperator impleuit Lotharius: sociauitq; sibi Kanutus omnē uirū
fortē in Holsatia: fecitq; incursiones in terras cōtumaciū Wandalorū: oc-
cidens & prosternēs omnes aduersarios. • CA. XXXIII.

Verbū iusto
principe di-
gnum.

Kanut⁹ capit
duos princi-
pes.

Beatus V. ce-
linus.

Adolph⁹ co-
mes moritur.

Lothari⁹ Im-
perator in
Bohemiā.

Linguarum
sciētia fuit

Reges ad col-
loquium.

Ribislaus erat frater fratruelis Henrici principis, qui post filios
p Hērici ad principatum anhelabat. Sed & Niclotus maior terrę
aduersus Kanutū erexit cornua: dedignatus alienigenā dñari in
terra. Sed Kanutus duxit exercitū in utrosq;: diuisis copijs utriq; cōflicta-
tus, ambos capit in prælio: secūq; ducit in Sleswicū: manibus etiam ferreis
astringens, quoadusq; uadibus & pecunia redempti, pacē discerēt & face-
re imperata. Sepi⁹ etiā in terra Wagriorū diuersatus, Falderēsi usus est ho-
spitio, apud Vicelinū, nunc uocant nouū monasteriū a cœnobio, quod idē
sanctus ibi extruxit: nunc translātū in Bordes holm. Erat igitur Kanutus
perfamiliaris beato Vicelino, uiro per omnia sanctissimo: facileq; cōuenit
uirtuti cum uirtute: pollicitus fratribus meliora omnia, si Dñs res eius in
Wandalia direxisset. Veniēs quoq; in ueterē Lubicā, dedicari iussit eccle-
siam, quā a fundamētis extruxerat Henricus: astante uenerabili sacerdote
Ludolpho, & ceteris, qui de Faldera eidē loco erant mācipati. Quo tem-
pore uitā finiuit Adolphus primus comes Holsatię, ac de Scowēborg: re-
liquitq; filios duos: quorū senior Hartungus, uir militaris, habiturus erat
comitatū: at iunior filius Adolphus literarū studio dedit⁹ erat per omnia.
Contigit aut̄ per ea tempora Imperatorē Lotbariū grādi expeditione du-
cere in Bohemiā: ubi prima in acie pugnās cecidit Hartūgus cum multis
nobilib⁹. Adolph⁹ p̄inde accepit comitatū tam Holsatię, q̄ Scowēborg
uir prudens, in diuinis & humanis rebus exercitatissimus: præter facundi-
am enim Latine & uernaculę lingue, Wādalicę nihilominus linguę non
ignarus erat: quę res ditioni eius amplificandę, non mediocriter profecit:
quod deinde dicemus. • CA. XXXIII.

Anutus Obotritorū rex, in prouinciā Sleswici descēdit: accēpe-
rat enim Nicolaū regē exaduerso occurrere illi ad colloquium:
Gratulabūduus ergo iussit Kanutus omnia regio cultu apparari:
splendescereq; ut patruū regem cōdigno exciperet honore. Erat in regia
Sleswici locus instructus, cui precipua cura institit Kanutus, ut honorem

regium in patruo, quantum fieri posset, extolleret. Circūfusa corona proce-
rum, militū, ac populi uniuersi, regius cōfessus erat editiore loco insignis.
Sedit ergo rex senior in throno suo coronatus. Ex aduerso sese colloca-
uerat Kanutus, itidē coronat⁹. Id uitio datur uiro alias integerrimo, q̄ in
regno suo, superiorē regē non suspectaret. Ille uero ut erat Saxonū generi
deditissimus, forte ut erat olim, coloniā ibi Saxonum esse duxit, ut liceret
quasi in limite Romani Imperij sedere coronatū. Vt cūq; fuerit rex patru-
us, cum uideret nepotē suū in fastu regio sibi non assurgere, nec offerri ex
more gentis osculū: dissimulata iniuria, surgens, cœpit trāsire ad Kanutū,
oblaturus ei salutationē per osculū. Cui ille mox occursans ex medio, sese
per omnia patruo, & dignitate, & loco uisus est cogquare, q̄d factū Kanu-
to lætale cōciuit odiū. Nam Magnus, Nicolai filius, huic assidēs specta-
culo cum matre, incredibile est memoratu, quāta exarserit indignatione:
dicente ad eum matre: Nōne uides quia fratruelis tu⁹ iam sumpto sceptro
regnat: arbitrari cōuenit eum hostem, qui uiuēte adhuc patre tuo, patruo
suo, nomen sibi regiū usurpare non timuit. q̄ si longius dissimulaueris, sci-
to te, & uita, & regno pariter exuendum. His stimulis ardens alioqui ani-
mus iuuenis, actus est in furorem: & ex hoc die molitur insidias fratrueli.
Sentiens Nicolaus rex, cōuocat uniuersos regni proceres: dedit operam,
ut iterum dissidētes reconciliaret. Dissensionibus ergo ad pacem inclina-
tis, iurata sunt utrinq; fœdera: sed pactiones istę fuere firmæ apud Kanu-
tum, in Magno uero facile obliterant: Statim enim ut ficta sodalitate ani-
mum eius inuestigat: & omni suspicionis malo uacuū consyderat, rogat
Kanutum Magnus, ut occurrat sibi ad interiora regni, ad singulare de re-
bus magnis colloquiū. Vxor Kanuti dissuadet abitum: territa somnio,
quod uiderat. Vir fortis contemnit muliebrē uisionē: procedit, euocatus
nuncio. Armatos Magnus fouet in insidijs. Kanutus nihil hostile, recon-
ciliato fratruelle, metuebat. Qui illum euocabat, præmonitū cupiebat: sed
obstitit iusiurandū. Carmen in ipso itinere (ut fit) trāsiens, concinebat:
quod perfidiam similis exitus execraretur. Kanutus non attendit. Arma,
quæ tecta gerebat, ostendit: ut uel sic admoneretur, ad quale colloquiū
inter armatos uocaretur. Ne sic aduertit, uir fidelis. Venitur ad locū insi-
dijs paratum. Magnus armatus uenientem excipit inermē. Consalutant,
confident. Interim prodeunt armati. Quid sibi uelint: rogat. Ille respon-
dit: habere se rem cum nōnullis agricultoribus, quā expedire uelit in cor-
tumaces. Non esse tempus, Kanutus refert (erat enim Epiphanię uenerā-
da festiuitas) per arma quid expediēdi. Vadem se interponit Kanutus, fa-
cturos uiros, quod sit æquū: immo se pro illis, nisi fecerint, pecuniā nume-
raturū, ne Sabbathū ille uiolet pollicetur. Magnus iam depuduit: & ex-
urgens: Hoc, inquit, loco, inter nos, de successione regni, transigemus. Vis-
uit, inquit ille, & uiuat diu foeliciter, pater tuus, & regnet: ubi ille cōcesse-
rit in fata, tum proceres discutient de successore. Magnus mox ferrū strin-
git: Iam, inquit, decernere tempus: & cum dicto caput ferit, gladiū etiā
suū distringere parātis. Ibi uir optimus, & dux fortissimus, cadit: talibus

Rex in thro-
no.Occurrit rex
regi.Ardet stimu-
lis regis fili⁹Cōtemnitur
uisio.Loc⁹ insidijs
paratus.kanutus per
insidias necat

in reliquum miraculis insignis, ut & ille post patrum, æque Kanutū, Daniæ regem, inter sanctos deputatus numeretur. Hæc & si in Dania sint dicta, quia tamen Kanutū regem Obotritorū hic scribimus, exitum eius ostendere paucis, non erit alienum.

CA. XXXV.

Rugiani py-
rate oppu-
gnantur.

Quis quos
Wandalos ad
fidē cōstrin-
xerit.

Mōs Alberg

Winuli ul-
mi ad fidē.

Classis, MC.
naviū.

Arconenses
fecere dediti-
onem.

Corda in-
ania Winuli
habuere.

Albero ar-
chieps Bre-
mensis.

Vgiani deinde maritimus Wandalie populus, ab Erico Kanuti memorati fratre, in regno succedente Daniæ, oppugnatur. Causa belli, infestatio erat pyratice: quæ sine fine Rugiani intēbant. Nouissima fuit ea inter Wandalos prouincia, quæ ad fidē Christi semper contumax, post omnes peruenit. Nam in meridiē uersos Wandalos, Otto. I. perdomuit: & aliquoties relapsos, ipsi marchiones reuocarunt. Orientales Bolislaus Poloniæ dux, ad Christi iuga coegit. Cum occiduis, uir sanctissimus Vicelinus, iam diu luctaba. Ibi enim gladius non seuijt, sed sancta diu prædicatio. Vnde factū est, ut & tardius proficeret, & tenacius retineret accepta religio. Adiuuit tñ zelosum uirū, Imperatoris Lotharij instantia: qui locum speculatus idoneū in Wagria, in monte Alberg, quē ante eū Kanutus quoq; delegit, ad collocandū præsiidiū: ibi firmavit arcem, appellauitq; montē uictoriæ: unde etiā edomita est illa pars Wandalie. Ceterū orientales, ad mare uersi, qui corrupto nomine, ex Wandalis Winuli dicebantur, cōtumaciores erant ad Christi iugum subeundū: Hos bello adorit rex Daniæ Ericus, Kanuti frater, regis Obotritorū: uindex quoq; mortis eius in Magnū parricidā, quē prælio magno oppressit. Belli causa in Winulos eadē, quæ in superioribus annis, q; pyratice nullū facerent finem: arbitrati, barbaro sensu, honestū id esse militie gen^o. Rex iste Daniæ prim^o nauibus impositos equos uexit ad bellū: quaternos singulis nauigijs imponēs: millicentū nauibus in Wandalos duxit. Rugia, ut diximus, caput gentis, erat aliquot tum urbibus, quæ modo nullæ sunt, insignis: præcipua fuit Arcon: tantis firmata uallis, & munitionibus, ut pene inexpugnabilis haberetur: aduersus tñ eam firmatur obsidio, quæ parti est cōmissa exercitus: neq; enim totis erat opus copijs: reliquæ uastandæ Rugianorū terræ dissipantur. Obsidentes interim, aliquñ a tergo oppugnati, in eos qui irruerāt: cōuersi, facile repulerūt: cūq; Arconensibus nec congregiēdi in præliū fiducia, nec spes ulla soluēdæ de foris obsidionis superesset, deditiōnē fecere: pacti, ut retento simulachro in sancti Viti honorē, Christiana sacra sumerent. Voluit rex, ut uniuersi in riuo, qui erat in conspectu, baptisarentur. Illi uolentes procurrunnt ad amnē: magis extinguendæ sitis, q̄ suscipiendæ religionis gratia: speciē quidē prætulerunt Christianæ pietatis: sed corda inania remāsere, fide & deuotione uacua: quippe in sua reducto hostili exercitu, Zuantewith, quē deū habuere, ut prius simulachrum, coluere. Ita grauis illa, ac sumptuosa regis Danorum in Wandalos expeditio, pene in uactum cessit. Interea Vicelinus sacerdos, annitente Alberone archiepiscopo Bremensi, in nouo monasterio fratres collegit, uerboq; prædicationis instetit in ueteri Lubica: quo in loco Hēricus olim princeps, ecclesiam fundauit: irruentes tamen Rugiani, locum uastant: sacerdotes uix elabuntur, redeuntes in Falderam. Posterī autē Henrici, q̄ diu

Kanutum habuere regem, facile sunt defensi: illo autem absumpto, abruptæ sunt undiq; rerum habenæ.

CA. XXXVI.

Imperator interea Lotharius, comperta cede optimi uiri, fortissimi ducis, iustissimi regis Kanuti, uehementer indoluit: nec inultam passus rem abire, occultis nuncijs egit cum Erico rege memorato, Kanuti fratre, ut ille a tergo, Imperator a fronte, regem lacefferet Nicolaum, Magni parricide, patrem, ad sumendam uindictam de sanguine occisi. Lotharius cōscripto exercitu, mouit per Holsatiam in Sleswicū, ad uallū usq; notissimū Denewerck, quod Ottonis primi tempore Tira regina, Haraldī mater, iussit firmari. Contēderat e regione Magnus, cum immenso Danorum exercitu, defensusus terram suam a uastitate: sed territus est uirtute Teutonici militis, & apud Cæsarē immenso auro in satisfactiōnem, & hominio, quod nunc uocant homagiū (ne quid Imperio morte Kanuti decessisse uideretur) præstito, indemnitate & impunitatē cōgemit. Vidēs Ericus Kanuti frater, quia refriguit Cæsaris indignatio, cœpit armari, in ultionē fraterni sanguinis: sed crebrioribus prælijs fugat⁹ est Ericus: unde etiā cognomē illi indiderūt, ut pes leporin⁹ diceret: propter promptam crebrāq; eius fugam ab hoste. Exturbatus autē Dania Ericus, confugerat Sleswicum: ubi populus Kanuto amicissimus, ob eius memoriā, defendit Ericū. Sequit⁹ Nicolaus rex cum Magno filio, cinxerūt ciuitatē obsidione: erat autē brumale tēpus: inde lacus glacie concretus, duram præstitit ciuitati oppugnationē. Adolphus comes, eius nominis .II. e ciuitate constituta pecuniā, ad obsidionē soluendam inuitatur. Magnus e diuerso, maiori retinet promisso, ne oppugnet obsidentes. Ita incertus quid faceret Adolphus, rem coniecit in suorū consilium: Omnes liberandæ ciuitati, ob crebra commercia, & memoriā Kanuti, erant propensiores. Proficiscitur comes cum expeditis, soluere, si posset, obsidionem: sed ab obuio Magno repellitur. Ciuitatem tamē, soluta obsidione, Danicæ capere non poterant. Aestate proxima uictus Magnus, occubuit. Nicolaus in eadem ciuitate Sleswico, quam pridem obsederat, oppressus a ciuibus, finem ibi uiuēdi fecit. Ita Ericus regno successit. Is cum in Dania succederet regi, fratris quoq; iura ad se deuoluta arbitratus, primus, ut arbitrator, se in titulo præferebat regem Wandalorum. Vnde sumpsisse posteros reges titulum coniectura est, ut se etiam Wandalorum reges inscriberent. Sed, quod ante dixi, & suo tempore commemorabitur, etiam posterioribus sæculis magnam Wandaliæ partem, Danorum reges suo Imperio cōiunxerūt: eam uidelicet, quæ littora maris tangit: Sed nec ipsorū Danorū in Wandalos Imperiū, stabile mansit.

CA. XXXVII.

Rimi ergo post Kanutū Obotritorū regē, principes in occidua Wandalia fuere, Pribislaus in Wagria, Henrici fratruelis, filius Buthue, atq; in terra Polaborū, quæ est diocesis Raceburgensis. Niclotus autē, quæ nostri dixerunt Nicolau, Obotritis preerat: pari uterq; in Christianos odio. Inualuitq; illis diebus multiplex superstitio per Wandaliā: Nam præter lucos, & penates, quibus opida, & agri, redundabāt,

i iij

Lothari⁹ tri
Danos.Hominiū &
homagium
idem.Pes leporin⁹
ob fugā di
ctus.Magn⁹ parr
cida occubu
it.Danorū re
ges titulū ha
bēt WandalięOdiū duorū
in Christiā
nos.

Numina gē
ciliū Wand.
Christiani i
sacrificiū.
Post sacrifi
cia ad epulas
Scerneboch
niger deus.
Litatur ānue
Christicola.
Varia mor
tis genera in
Christianos

primi & precipui in falsa religione diui, erant Prone, deus Aldēburgēsiū, Siwe dea Polabor, Radigast deus terrę Obotritor. His dicati erant flamines, & sacrificiorū libamēta, multiplexq; cult⁹ supersticiosus. Porro solēnitates dijs dicādis, sacerdos ad sortis nutū denunciat: cōueniūtq; uiri, & scēming, cum paruulis, maētātq; dijs suis hostias de bobus & ouibus, plerūq; etiā de hominibus Christianis, quorū sanguine deos suos oblectari iactitāt. Post cēsā hostiā, sacerdos de cruore libat, ut sit efficacior, paratiorq; oraculis captādis: nam demones sanguine facili⁹ inuitari, uulgata est opinio. Nec mirū Christiano sanguine, in delicijs illos haberi: q; hoc genus hominū tanq; hostile, magis execrentur: Studēt enim subuersionibus, falsę religiones. Consummatis iuxta morē sacrificijs, populus ad epulas, & plausus, conuertitur. Erat autē Wandolorū ea tempestate miserabilis error: Nam in conuiujs & comotationibus suis, paterā circūferunt, in quam conferunt, non consecrationis, sed execrationis uerba, sub nominibus deorū, boni scilicet, atq; mali: omnē prosperē fortunā a bono deo, aduersam a malo dirigi, profitentes: Vnde etiam malū deum lingua sua Zcerneboch, hoc est, nigrū deum, appellant. Inter multifaria autē Wandolorum numina, prepollet Zuantewith, deus terrę Rugianorū: utpote efficacior in responsis: cuius respectu, ceteros quasi semideos estimauere. Huius uelut peculiū honoris, annuatim hominē Christicolā, quem fors accēptauerit, litare cōsueuerūt: quinetiā de omnib⁹ Wādalorū puincijs, status as sacrificiorū impēsas eo rāsmiserūt. Mira autē diligētia erga phani reuerētiā sunt affecti: nam neq; iuramētis facile indulgēt, neq; ambitū phani; neq; ostia temerari, quauis immūdicia patiunt. Fuit preterea generi crudelitas ingenita, saturari nescia, impatiēs ocij, uexās regionū, pxima terra maricq;: Quanta mortis genera Christicolis intulerat, dictū est difficile: cum his quidē uiscera eduxerint, palo circūligantes: hos cruci affixerint: irridentes signū Christianę redemptionis: sceleratissimos enim cruci subigendos autumant: eos autē, quos custodię mancipant, pecunia redimēdos, tantis torturis, & uinculorū nodis excruciant, ut ignorantia uix sit opinabile: ita pœnis gaudent miserorum.

CA. XXXVIII.

Imperator ergo hoc sciēs Lothari⁹ animoq; nimis detestat⁹ meditari, quid aduersus hęc fieri posset. Interim adit⁹, & cōmonit⁹ ab optimo, ut dixim⁹, sacerdote Vicelino, de monte Alberg, quē etiā Kanut⁹ rex cœpit cōmunire: ipse imposito presidio roborauit: appellauitq; mōtē uictorię. Hęc sunt illa tēpora, qb⁹ Impator ducātū suū Saxonie, pmisit Hērico Catulo, duci Bauarię, genero suo: ipse secūdā in Italiam parās, pfectionē. Interea Vicelin⁹ sacerdos, conciliato utcunq; Pribislao, Wagriorū principe, legatiōis sibi creditę sollers curator: idoneas euāgelio psonas, ad op⁹ sacri ministerij cōsciuit. Ex qb⁹ uenerabiles sacerdotes Ludolphū, Hermānū, Brunonē, in Lubica constituit: Luthmūdū cū ceteris Zegeberge cōmorari præcepit: iactūq; est misericordia Dei, & uirtute Lotharij cęsaris, nouellę plātationis stabile fundamētū. Sed accedētibus ad Dei seruitutē, tētationes non defuerūt: Nam cęsar ab expeditione Ita-

Mons Alberg munit

Henric⁹ Catulus.

Iacitur stabile fundamētū religionis

lica, iam rediens, in ipso itinere subtrahitur morte: corpus eius reuectū, in Luttor monasterio tumulatur. Inde in omni regno facta est cōmotio. Wādalos quoque fecit insolētiore: cum de ducatu cōtenderēt Saxonie, Albertus Brandēburgensis marchio, & Henricus dux Bauarie, ambo filia Magni nouissimi, de genere Hermāni ducis geniti: ambo nepotes, per matrē eiusedē Magni. Sed cum Conradus in regno succederet Romanorū, partēque foueret Alberti, exturbato Henrico, nam prētēderāt regni principes insolitū uideri, unū duobus preesse ducatibus. Cum ergo eque censerent materno genere propinqui, in hoc prelat⁹ est Albertus, quod ducatū non haberet. Inde cōsurgūt per Saxoniam bella. Albertus arcē Luneburgi, ciuitates Bardewicum atque Bremā occupauit. Nordalbingia quoque illi parere est coacta. Vnde Adolphus comes, fidē nolēs temerare, quā debebat Lothario, & Imperatrici, & eorū genero Henrico Catulo, duci Bauarie, cessit Holsatia cui⁹ administrationē mox dedit Albert⁹ Henrico de Badewide: arcē quoque Zegeberg idem occupauit: quod Hermānus, cui illā Imperator Lotharius cōmendasset, iam in fata cōcesserit.

XXXVIII.

Ribislaus Wagriorū princeps, Lubicę cōsistēs, cum uideret temporū oportunitatē, quod Imperator Conradus longe abesset, & de Saxoniam principes, magno prelio impliciti, colluctarent: memor, quod Lotharius Zegeberg suae ditioni subtraxisset: non iam Christianitatis odio, nam domi praedicatorum euangelij cōfouebat, sed ciuilibus sui iuris causa, ut recuperaret: armatis quotquot potuit, duxit in Zegeberg suburbium euastauit, & uicina loca: monasteriū incēdit. Folker⁹ frater simplex oppressus: ceteri fugierūt in Falderam: finitima Saxonū tentata praesidia. Qui uero Lubicę fuerāt sacerdotes, in praesidio Pribisilai, securi uidebant: sed tñ preter calamitatē, quā sepe tulerūt, uincula, uerbera, neces captiuorum, quotidie cernebant. Nec multo post, quidā ex maioribus Wādaliae, Race, de semine Critonis, classica manu aduectus est: arbitratus hostē suum Pribislaū, se Lubicę reperturū: duę enim nobiliū cognationes Critonis atque Hērici, de principatu cōtendebāt Wagrie: Cum ergo Pribislaus abesset, Race suorū manu, nouā Lubicę arcē demolit, cum adiacentibus praesidijs. Sacerdotes inter arūdineta seruati, Falderese praesidiū noctibus ambulātes, multo labore apprehēderūt. Venerabilis ergo sacerdos Vicelinus, ceterique diuini uerbi praedicatorum, graui merore sunt confecti: eo quod nouella plantatio in ipsis inuitijs emarcuerit: cōtinuerūtque se in Falderesi ecclesia, orationibus & ieiunijs intēti assidue. Quāta uero uitae austeritate, quāta ciborū abstinētia, omniūque sanctitatis cōuersatione, Falderense illud cœnobiū tum claruerit, non satis potest explicari: dedit illis Dñs gratiā sanitatū, iuxta quod in euāgelio pollicit⁹ est: Infirmos curate, demones fugate. Obessorū, qui longe aduecti sunt, plena erat domus: ita, ut fratres quiescere non possent: clamantes, sanctorū presentia patrū ignes suos accendi. Nemo autem sine cōflictatione discessit. Sed cum esset ubique tribulatio, in Nordalbingia, in reliqua Saxoniam, in Dania, Vicelinus sacerdos hortabatur populum, spem omnē cōferre in Deum, agere letanias in ieiunio, &

Cōtentio de ducatu.

Insolitū duobus preesse ducatibus.

Pribislaus princeps.

Duę cognationes Wandalorum.

Monachi faciūt miracula.

attritione cordis: eo quod dies essent mali.

CA. XL.

Exercitus in
Wadaliā

Plune arx ca-
pitur.

Marchio eni-
citur ducatu

Arx in Hā-
burgo.

Diuidit hae-
reditas.

Wagria
cedit Holsa-
tia.

Citantur co-
loni ex lon-
ginquis.

Quos quosque
habuerit
pagos.

Enricus interea qui comitatū Holsatiæ administrabat, uir ad arma strenu⁹, cōgregato latēter de Holsatis, Stormarijsq³, exercitu brumali die intrauit Wādaliā, aggressus, q³s primos reperit, percussit plaga magna, terrā Plunēsem, Lutkēborg, Aldēburgēsem, oēmque Wagriorū regionem, ad mare usq³ Balticū. Proxima estate Holsati se tuo adhortātes, arcem Plune uallarūt, oppugnarūt, coeperūtq³: pulchre se per illū annū uindicātes: prosperati praelijs & excursionibus. In Saxonia interim rebus cōuersis, Hēricus dux Bauariæ coepit cōualescere, & captis per arma presidijs & arcib⁹, Albertū marchionē ducatu eiēcit. Quo tēpo- re Adolphus cum eo rediēs, trāsijt in Holsatiā suā. Vidēs ergo Henric⁹ de Badewide, quod cessisset Albertus Hērico, nec sibi cōsistēdū putauit: demolitis, quę prior Adolphus firmauit in Zegeberg & alijs locis oportunis: ar- cēq³ in Hāburgo, quā mater Adolphi murato illic opere cōdiderat, cū re- tinere nō posset, nō est passus ad emulū puenire: demolitis ergo omnib⁹, abiit. Hēric⁹ autē Catulus, non diu supererat: sed moriēs paruulū reliquit Hēricū filiū, qui postea cognominat⁹ est Leo: Cui⁹ mater Gertrudis, rem- inter Adolphū & Henricū de Badewide, accepta ab Hērico pecunia, ita ordinauit: ut quā Hēric⁹ labore suo grauissimo, Wagriā pro magna parte subegisset, eam teneret: Adolph⁹ Holsatiā cū Stormaria cōtent⁹ maneret. Magna erat Adolpho ea rerū detractio: Nam quod Holsatorū uirib⁹ edomi- tum erat, Holsatię ut accederet, uidebat⁹ equissimū. Gertrudis uero mater pueri, nupta Hērico primo Austrię duci, Cōradi Impatoris germano, elō- gata est: ut neq³ Hērico prodesse, neq³ Adolpho posset obesse. Peregit er- go Adolphus apud tutores pueri, ut Wagria accederet Holsatię: Hēric⁹ autē Polaborū terrā eque ab illo euastatā, obtineret. Pribisla⁹ iam cesserat, uel morte subtract⁹, uel in aliā trāslat⁹ regionē. Hęc prima Wagrię in po- testatē Saxonū trāsitiō: quę permāsit exinde semper. Sed terra habitatori- bus erat uacua: uel cęsis, uel alio trāsatis hominib⁹, qui coluere: Nam tri- butorū exactio grauissima, quā solebāt imponere uictis Wandalis, Saxo- nes, adeo terruit gētē, ut Christianismi inde odiū cōciperēt: & Saxonib⁹ subesse, morte graui⁹ ducerēt. Vacuatis agris cōsulēdū putauit Adolph⁹, nūcijs in Flādriā, Hollādiā, Traiectēsem terrā, ac Westphaliā missis, iussit proclamari: Qui ag- ris indigerēt, properarēt cū familijs, accepturi quod sa- tis esset. Holsatis dedit arbitriū eligēdi: quia sanguine satis emercati uide- bant⁹ hanc terrā. Ven erāt ex memoratis puincijs, agrorū futuri cultores: Et primi quidē Holsati, occidua Zegeberg accoeperāt, circa Trauenam, cāpestria Zuentinefeld, & quicquid a riuo Zualen, usq³ Agrimesen & la- cum Plunēsem extēdit. Darginēsem pagū Westphali: Vtinēsem Hollan- dij: Susle Phrisij incoluerūt. Plunēsis ager adhuc permāsit desertus. Al- denborg uero, & Lutkenborg, & cæteras maritimas terras permisit, qui supererant, Wandalis, incolendas.

FINIT LIBER III.